

tia ex eisdem, quocumque timore propulso, tam prudentes ac circumspecti, tamque provide cauteque se habeant et plus solito zelanter invigilent quod Christus in suis Vicariis, id est, Prioribus, non dehonoretur magisterium disciplinae regularis, non vilipendatur, timori Domini sancto substantialique obedientiae ac reverentiae quae subditi debent suis Superioribus etiam dyscolis non derogetur, ne alii viventes suos Superiores tali modo dari vilipendio, ad ipsorum vilipendium, quod absit, inclinentur, seu procliviores redantur quomodolibet vel trahantur, regularis observantiae non laxentur subditi contra suos Praesidentes, detractorie ac mendaciter abusu detestabili scriptitantes non palpantur, sed, ut caeteri timorem habeant, exemplariter puniantur, nec non pensata eorum malitia versipelli, astutia convoluta ad tempus breve seu longum facultate scribendi priventur, nec de facili cum talibus in aliorum perniciem dispensemetur.

667.- 1468: Volumus quod Statuta et Ordinationes Capituli Generalis de Visitationibus biennalibus faciendis amodo firmiter observentur.

668.- 1567: Quoniam vero jam satis superque perspicuum est tot Statuta et Ordinationes Capituli Generalis non sine gravi jactura et periculo animarum suarum a multis Prioribus contempta fuisse, praecipimus et districte injungimus Visitatoribus Provinciarum ut tam salubres Ordinationes et Ordinis mandata in Visitationibus suis a Prioribus observari efficaciter faciant, et quos culpabiles et inobedientes invenerint rigide puniant, ut Capitulum Generale et Reverendus Pater cognoscant quam cordi illis fuerint Sanctissimi Concilii, Summique Pontificis et Ordinis iussiones et praecepta observari, aut dictum Reverendum Patrem admoneant ut futuro Capitulo eos puniat, ita ut caeteris transeat in exemplum. In Chartis etiam Visitationum suarum, sine personarum acceptione et dissimulatione aliqua ita adnotent et declarent ut Capitulum Generale inobedientes ab obedientibus secernere possit et eos graviter punire. In hac parte dictorum Visitatorum conscientias oneramus.

669.- 1577: Cum maximam provideamus imminere Ordinis dissolutionem eo quod Visitationes haud satis seriose fiant, obstante benevolentia quae in subversionem Ordinis aliquando exhibetur, aut etiam timore humano qui rectum judicium plenumque pervertit, ut testatur Sanctus Chrysostomus, facile, inquiens, deviat a justitia, qui in causis non Deum sed homines pertimescit. Districte injungimus ac praecipimus Visitatoribus ac Commissariis ut Deum prae oculis habentes, dili-

[670] VISITATORES IV. I

o genti examine in Visitationibus mores Priorum aliorumque officialium sicuti et caeterorum Monachorum perlustrant, eisque non solum benevolentiam, verum etiam juxta Concilii Tridentini decretum, Christianum zelum exhibere studeant, summo studio omnes carentes ne quocumque praetextu a debito officii discedant, quin Statuti rectitudinem constanti teneant integritatem et tandem totius Visitationis seriem fideliter et sincere, nec minus integre Charta communis describant ac Reverendo Patri Cartusiae, ut moris est, transmittant.

670; - 1716: Hortamur ambo uniuscujusque Provinciarum Visitatores ut cum juxta mentem Ordinis par et communis sit utriusque auctoritas, pari etiam et communi voluntate et animorum consensu, honore se invicem praeveniendo, omnia perficiant quae ad regimen spectant Provinciarum sibi commissarum et Directorium ad Capitulum Generale mittendum ab utroque Visitatore scribatur.

VOTATIO:

671. - 1647: Servetur antiqua consuetudo Ordinis de petenda statim per Conventuales a Reverendo Patre confirmatione novi Prioris electi, et a Praesidentibus ejus electioni confirmati, sub poena infirmandae electionis. (Pr. Castellae)

672. - 1689: Scriba Capituli Generalis et Reverendi Patris, quamvis non sit Professus Cartusiae, vocem habebit in electione novi Prioris Cartusiae.

673. - 1875. Adm. 13: Quando praesentantur Novitii ad Professionem, vel Juniores Professi ad vota solemnia, sicut et Novitii Donati ad Donationem, non fiant eodem die deliberatio et votatio.

674. - 1875. Adm. 14: Volumus ut in quacumque Domo ubi non fuerint praesentes quatuor solemniter Professi Domus, quotquot supervenerint hospites solemniter Professi vocem acti-
vam habeant eamque retineant quamdiu in eadem Domo manserint.

675. - 1884. Adm. 7: Per majorem partem Conventus, sine cuius voluntate et consensu recipi non possunt Novitii, intelligitur major pars Monachorum qui expresse vota emittunt; sed cum ex bona vel mala receptione Novitorum profectus aut defectus Ordinis pendeat, nullus in re tanti momenti indifferenter se habeat; omnes igitur enixe hortamur ut, nisi ne-

[675] VOTATIO

I.VOTATIO [676]

cessitas aliqua excuset; Capitulo intersint et sensum suum pro vel contra votis manifestent.

676.- 1893. Adm.4: Pro receptione ad habitum aut ad Profes-
sionem, sive simplicem, sive solemnem, deliberatio et vota-
tio fiunt in Capitulo: omnes vocem habentes modo consueto
convocandi sunt; sed qui venire negligunt, vel nequeunt,
nullatenus sua dant suffragia.

677.- 1898. Adm.3: In tractatibus in quibus necessarius est
consensus Monachorum qui requiruntur, vota, pro majori li-
bertate, exprimantur secreto.

678.- 1910. Adm.1: Quando ad Domum Ordinis in qua tres sunt
tantum Monachi Professi hujus Domus, mittuntur simul,
v.g. per Chartam ejusdem Capituli Generalis, duo vel plu-
res Monachi quorum unus saltem sit Professus istius Domus,
caeteri qui cum illo mittuntur, vocem activam non habent.

679.- 1915: Declaramus servandam esse Statuti interpretatio-
nem vi cuius Prior Cartusiae duplcam habet vocem in om-
nibus omnino electionibus et votationibus quae fiunt sive
in Capitulo Generali, sive in Capitulo Domus suae, absque
ulla exceptione aut restrictione.

Explicit Pars Prima.

I.VOTATIO [679]

[818] OITATOV.I

nume suntes te fuiatului oafiqo ,fieaote aypile astieaoed
-se toti ba rns mudieli bsi -eqotqoex orf :t .mb4 .2881 -.818
-astor te ottateliel -mameles etie ,meotqia etie ,medole ---
-cuanco obom se -meded meoy comec -lafiqo ni fuit oft
- ,inuenei lev ,inuigem stiner sup bee ,rnsa fibisoctuo
- ,sigotlias fnec eoc sunetisliu
-tec autaseoed audip ni amitaocti ni ;t .mb4 .2881 -.818
-ni ixo:sm oay ,stov ,inuittuper top muiuonk muiuonk ---
- ,etateo ,etated
-tnus soni sup ni atoch20 nume be obnay ;t .mb4 .0181 -.818
-luna tuiututuim suns auu domi fassori llnosn mirhet ---
-nic lev oob ,skleveso tlin qob mebaute esttedo reg .g .v
-sumoi auita susaioi tia walis suns muiu muiu muiu
-fueded non mevitcs meoy ,tnututim offi sun sup tretetec
-oltesterqteut tuiut2 eae abnutes amataoed :2181 -.818
-no ni meoy fedet meotqub etranvi voiti ositatu iv men ---
-etia tuiut sup esidioitstov te euimotcefa oqfamo audin
-supadis ,esus numd ofiqo ni etie ,rlsrege elitqo et
-eqotqoet tuu enotqoek eilu

Exhibit 1

[818] OITATOV.I

SECUNDA PARS

ADMONITIONES PARTICULARES

DOCUMENTA HISTORICA

ABSTINENTIA AB ESU CARNIUM: (Vide etiam: 46-49)

1000.- 1336: Quia secundum antiquissimam consuetudinem Ordinis nostri, devotam et laudabilem et honestam, diligenti et continua observatione ab origine Ordinis custoditam, omnem esum et usum carnium in omni casu abdicavimus et abjecimus, declaramus quemcumque hujus tam laudabilis consuetudinis transgressor, comedendo carnes in quocumque casu seu aliqui personae Ordinis nostri ministrando, fore veraciter criminosum et dictae consuetudinis calumniatorem seu etiam detractorem, disciplinam asperam promerer. Et quia, propter dolor reperimus nonnullos hujus tam sanctae consuetudinis transgressores et improbos detractores, ut quos Dei timor et sui Ordinis honestas a malo non cohibet, saltem regularis coercent severitas disciplinae, ordinamus ut quicumque hujus laudabilis consuetudinis, comedendo carnes seu ministrando personis Ordinis, aut consentiendo comedentibus vel ministrantibus, vel non prohibendo cum potuerit prohibere, reputus transgressor fuerit, si sit Prior Prioratum, si Procurator Procurationem, si Vicarius Vicariatum perdant efficaciter ipso facto, et vocibus et locis debitibus careant in aeternum, si vero simplex fuerit Monachus vel alia quaevis persona Ordinis, voce et loco carens perpetuo, ad voluntatem Capituli Generalis carceri mancipetur.

1001.- 1394: Detestandam consuetudinem quarundam Domorum Ordinis damnabiliter introductam, quod quidam Priors et Procuratores non vereantur servare carnes, vel facere servari in Dominibus Ordinis tam superiori quam inferiori pro usu familae tanquam nostrae Religionis honestati omnino contrariam penitus abhorrentes, praesentis scripti sanctione firmiter duximus statuendum, ne de caetero in quavis Domo Ordinis sive superiori sive inferiori infra septa dictarum Domorum carnes cujuscumque quantitatis et qualitatis introducantur et ser-

[1002] ABSTINENTIA AB ESU CARNIUM

ventur ac per manus personarum Ordinis ministrantur; qui contra fecerit, ipso facto, incurrat disciplinam, tam comedentes quam ministrantes carnes infra septa Monasteriorum, in Novis Statutis inflictam.

1002.- 1395: Constitutionem anno praeterito factam, quae sic incipit: "Detestandam..." approbamus et confirmamus. Declaratess propter scrupulositates quae ex praefata Constitutione possent oriri in quorumdam cordibus, quod in poenam afflictam in dicta Constitutione personas Ordinis non incidunt, si aliquo casu vel eventu carnes introducerent propter discrimina guerrarum, vel pro nutrimento aliquarum avium et consimilium.

1003.- 1445: Priorem Domus Portus Beatae Mariae seriose monus ut nullatenus permittat nutrirri porcos in Domibus Provinciae suae propter scandala et pericula quae hactenus evenerunt et amodo possent verisimiliter evenire. (Pr. Acquitaniae).

1004.- 1452: Et injungimus Priori Domus Portae Coeli sub pena suspensionis ab officio Prioratus ne amodo nutrirri faciat gallinas in Domo sua propter scandala quae ibi contigerunt et verisimiliter contingere possent, et infra mensem prafatas gallinas vendi faciat. (Pr. Cathaloniae)

1005.- 1461: Sanctitas Sua Dominus noster Pius, Divina Providentia Papa Secundus, dispensat atque mandat quod tres religiosi Ordinis nostri de quibus eadem Sanctitas Sua memor est dispensasse quod propter infirmitates corporales possint comedere carnes, ad instantiam et supplicationem aliquorum Principum et Praelatorum prout Sanctitas Sua verbo rescribit viro religioso Priori Domus Beatae Mariae de Covis prope Hispalim (Séville) vadant et se transferant ad reliquos Ordines etiam observantiae relaxioris, "ut Ordo vester, (ait Sanctitas Sua), incontaminatus permaneat sicut coepit in decorem Ecclesiae Sanctae." (Pr. Castellae).

1006.- 1483: Et Frater N... Conversus Domus Padulae pro eo quod ministravit carnes domino N... de domo de Ferraria carceri mancipetur secundum formam Statutorum. (Pr. Lombardiae remotoris).

1007.- 1503: Et D.N... qui petit licentiam comedendi carnes non debet hoc facere nec cogitare, sed si vult transire ad alium Ordinem, procuret sibi licentiam. (In Domo Vallis Christi - Pr. Cathaloniae)

[1007] ABSTINENTIA AB ESU CARNIUM

II. ABSTINENTIA AB ESU CARNIUM [1008]

- 1008.- 1542: In Domo de Paulari, Visitatores, auctoritate Capituli Generalis, assignent locum seu loca, pro edendis carnibus, secularibus salariatis et etiam Imperatori, si intervenerit. (Pr. Castellae).
- 1009.- 1549: Et dictus novus Prior, in Domo in Lechmitz, diligenter invigilet ne Monachi et Fratres Conversi aut qualescumque personae Ordinis comedant carnes tam infra quam extra septum Monasterii, neque ministrentur secularibus, prout Statuta prohibent. (Pr. Alemaniae Superioris).
- 1010.- 1552: Et Prior noviter institutus studeat ordinationem Visitatorum de non coquendis carnibus infra septa Monasterii observare. (In Domo Vallis Sancti Hugonis - Pr. Gebenensis).
- 1011.- 1557: Prohibemus omnibus et singulis personis et Domibus Ordinis omnem esum carnium, maxime in Sclavonia, et ingressum mulierum in Domos Ordinis, mandantes et praecipientes Visitatoribus Provinciae ut invigilent et transgressores puniant ad formam Statuti. (Pr. Alemaniae Superioris).
- 1012.- 1557: Omnibus et singulis personis Ordinis Provinciae Alemaniae Inferioris prohibemus omnem esum carnium, et ne Monachi, barbam, crines, sive comam nutriant; committentes et mandantes Visitatoribus Provinciae ut si quos transgressores in his et aliis similibus quae sunt Statuti et Ordinis invenerint, puniant poenis et disciplinis in Statutis contentis et gravioribus, si opus sit.
- 1013.- 1558: Declaramus revocatoriam Summi Pontificis et exceptionem Visitatorum et Ordinationem Capituli Generalis anni praeteriti non processisse nisi contra culpabiles et transgressores inter quos non intendimus comprehendisse neque comprehendere Domos de Paulari et Granatae quae laudabiliter et religiose se custodierunt a transgressione et contaminatione in eis mentionatis. (Pr. Castellae). (In pluribus Domibus hujus Provinciae erat transgressio circa esum carnium sub praetextu Indulti Apostolici).
- 1014.- 1561: Et omnibus tam Praesidentibus quam subditis, in Provincia Alemaniae Inferioris prohibemus esum carnium, si Dei et Ordinis justum judicium evadere cupiunt.

II. ABSTINENTIA AB ESU CARNIUM [1014]

[1015] AEDIFICIA USQ; AB ESSENTIA II

AEDIFICIA: (Vide etiam: 50-55)

- 1°: De Statutis observandis.
- 2°: De consilio petendo et servando.
- 3°: De curiositate vitanda et simplicitate sectanda.
- 4°: De diligentia adhibenda.
- 5°: De necessariis citius aedificandis.
- 6°: De pruritu aedificandi vitando.
- 7°: De sacris aedificiis non profanandis.

1°: AEDIFICIA: De Statutis observandis:

1015.- 1598: Prior Domus Tornaci in construendis aedificiis sequatur Statutum Ordinis. (Pr. Picardiae).

2°: AEDIFICIA: De consilio petendo et servando:

1016.- 1445: Et de mensuris novae Ecclesiae construendae in Dominio Montis Hilaris de quibus scribunt Reverendo Patri nostro Domino Cartusiae, quamcuius commode fieri poterit transmittentur. (Pr. Cathaloniae).

1017.- 1466: Et inhibemus Priori Domus de Magiano prope Senas sub poena inobedientiae et absolutionis ab officio Prioratus ne ultra prosequatur opus illius molendini quod ipse incepit, quounque per Visitatores Provinciae aliud fuerit ordinatum. Item sibi inhibemus sub poena praedicta ne alia aedificia faciat aut incepta prosequatur sine expresso consentiu Conventus dictae Domus. (Pr. Tusciae).

1018.- 1494: Et Visitatores Domus in Yttingen, assortis expertis artificibus, de structuris erigendis determinationem faciant. (Pr. Alemaniae Superioris).

1019.- 1501: Et Procurator Domus Vallis Pisii vadat ad Domum Casularum cum vocatus fuerit a Priore et Conventu ipsius ad videndum aliqua aedificia erigenda. (Pr. Lombardiae propinquioris).

1020.- 1518: Et quia ex scriptis nonnullorum intellectimus Priorum Domus Transfigurationis structuras fecisse nonnullas ex capite proprio, variasque scissuras in Domo, praeter Visitatoris principalis consensum et voluntatem, Conventuque suo irrequisito, cum quibus substantiam Domus exiguum fecit, ea de re, ipsi mandamus, authoritate Capituli Generalis, a talibus illico desistere, nec quicquam magni sumptus de cetero praeter Visitatoris principalis et sui Conventus consensum aedificare aut construere, sive destruere; alias, si

[1020] AEDIFICIA

II.AEDIFICIA [1021]

- secus attentaverit, et hoc ipsum Visitatori principali veraciter fuerit intimatum, ex tunc per eundem Visitatorem ab officio Prioratus absolvatur, et Domui per eundem Visitatorem de Rectora idoneo, auctoritate Capituli Generalis provideatur. (Pr. Alemaniae Inferioris).
- 1021.- 1529: Et Prior Domus Montis Sancti Petri nihil arduum in aedificiis aut rebus immobilibus attentet sine consilio et consensu alterius Visitatorum. (Pr. Lombardiae propinquioris).
- 1022.- 1546: Priori Domus Sanctae Catharinae injungitur ut in aedificiis construendis, consiliis et mandatis Visitatorum acquiescat.....(Pr. Theutoniae).
- 1023.- 1550: Committimus Prioribus Domorum Granatae, de Covis et de Paulari ut cum expertis videant et ordinent qualiter et in quibus restauratio et aedificatio Domus de Cazalla debent inchoari et in eis progredi, etiam ne in futurum in aedificiis instruendis multitudine opinionum generet confusionem, quod tres Priores, auditis expertis, simul concluserint et ordinaverint, exequatur. (Pr. Castellae).
- 1024.- 1561: Priorem Domus Bonaefidei servare monemus ordinata per Visitatores de non demoliendis aedificiis antiquis, sed inchoata noviter diligenter perficere. (Pr. Acquitaniae).
- 1025.- 1562: Priori Domus Granatae praecipimus ut de consilio architectorum et Visitatoris Provinciae in structura galileae quae erecta est a Priore absolute procedat juxta facultatem dictae Domus et simplicitatem Ordinis. (Pr. Castellae).
- 1026.- 1565: Priori Domus Bonaefidei non fit misericordia, quamvis bene mereatur; cui praecipimus in virtute sanctae obedientiae, et sub poena absolutionis ab officio, juxta alias ordinata a Visitatoribus, ne quicquam de caetero demoliatur sine consensu Visitatorum, et claustrum quanto diligentius fieri poterit ab immunditiis expurgari faciat, et in eo direktam ac destructam ad pristinum aut meliorem statum simul et capellas reduci faciat. (Pr. Acquitaniae).
- 1027.- 1567: Praecipimus in virtute sanctae obedientiae et sub poena absolutionis ab officio Priori Domus Romae ut de modello seu planta et forma fabricae ipsius Domus nihil immutet vel immutari faciat sine speciali licentia Visitatorum. (Pr. Lombardiae remotioris).
- 1028.- 1583: Prior Domus prope Brunam sine speciali consensu

II.AEDIFICIA [1028]

[1029] AEDIFICIA

Visitatoris nihil amplius aedificet. (Pr. Alemaniae Super.).

1029.- 1585: Et Visitatores in actu Visitationis diligenter animadvertant num in reaedicandis cellis adhortationi Visitatoris satisfactum sit. (In Domo in Frenitz - Pr. Alemaniae Superioris).

1030.- 1616: In Domo Fontis B.V. Mariae: Et legatum D.N... impen- datur juxta ejus intentionem in aedificationem cellarum et capellarum sine tamen destructione veterum aedificiorum et praecipue refectorii. (Pr. Franciae).

1031.- 1625: Rectori Domus Trecensis mandamus constructioni Domus sollicite incumbere nihilque immutare ab exemplari sibi tradito a Visitatore Provinciae. (Pr. Franciae).

1032.- 1638: Et clausura Domus Vallis Pisii incepta perficiatur sed amplior, et juxta delineationem a nobis approbatam. (Pr. Lombardiae).

1033.- 1640: In jungimus Priori Domus Vallis Sancti Petri continuationem fabricae novae Domus eadem structuras forma qua incepta est sine ulla mutatione. (Pr. Picardiae).

1034.- 1641: In Domo Glanderii: Et probamus aedificia jam constructa, volentes ut caetera prosequantur ad formam sibi praescriptam, imponentes silentium quaerimoniis religiosorum sub poena carceris. (Pr. Aquitaniae).

1035.- 1665: In Domo Granatae: Et prohibemus ne in aedificiis et fabricis a quatuor annis factis fiat ulla immutatio sine licentia Capituli Generalis vel Reverendi Patris. (Pr. Castellae).

3º: AEDIFICIA: De curiositate vitanda et simplicitate secunda:

1036.- 1392: Et in structuris jam inchoatis et inchoandis et in aliis studeat Prior Domus prope Trajectum servare rusticatem sanctorum Patrum ne, quod absit, de curiositate valeat amplius notari. (Pr. Alemaniae Inferioris).

1037.- 1417: Rectorem Domus in Lotharingia admonemus ne de caetero fieri faciat aedificia nimis curiosa. (Pr. Reni).

1038.- 1441: Committimus Visitatoribus quod ad Domum Novae Lundis Sancti Salvatoris prope Trajectum accedant et Priori

[1038] AEDIFICIA

II.AEDIFICIA [1039]

misericordiam faciant si viderint expedire, et curiositates in dicta Domo in cellis amoveri faciant, et deinceps fieri non permittant. (Pr.Picardiae remotioris).

1039.- 1448: Rectorem Domus novae plantationis in Britannia. non fit mia, et ipsum in Domino exhortamur quod pro celebriori expeditione novae plantationis non permittat in aedificiis aliquas fieri curiositates, sed quod res sint bene proportionatae et ordinatae ad modum Ordinis. Hoc videtur esse majoris importantiae et aedificationis....(In Domo Nannetarum - Pr.Franciae).

1040.- 1531: Et hortamur Priorem novae plantationis Ruthenae, ut circa erectionem ipsius novae plantationis, cum consilio Visitatorum, sicut hactenus fecit, diligenter invigilet, et in aedificiis extruendis omnis evitetur curiositas et Cartusiana servetur simplicitas ut brevi Monachorum numerus augeatur, et ipse Fundator in desideriis animae suaee non defraudetur. (Pr.Acquitaniae).

1041.- 1541: Et visitetur ipsa Domus de Xeritio quamprimum comode fieri poterit per Visitatores Provinciae qui diligenter provideant ut aedificia quae ibidem construentur fiant minori sumptu et prout nostri Propositi simplicitas requirit, melius quam hactenus factum est, et similiter ut cellae ibidem juxta nostri propositi simplicitatem aedificantur, in quibus Monachi recipi poterunt, et Deo ac Ordini servire, prout dictae Domus facultates patiuntur. (Pr.Castellae).

1042.- 1545: Rectorem Domus Ruthenae hortamur in Domino ut, semota omni curiositate, cum consilio Visitatoris Provinciae det operam perficiendi aedificia ad necessariam consummationem ut cito ibi desiderata celebrentur divina officia. (Pr. Acquitaniae).

1043:- 1585: In Domo de Covis: Consulimus ne mausolei in quo condenda sunt ossa Reverendi Archiepiscopi D.N...Fundatoris Domus, extractio tam magnifice fiat, sed frugaliter de more cartusiano. (Pr.Castellae).

1044.- 1593: De aedificatione Domus Romae:...In primis hoc current ut aedificatio fiat in simplicitate monastica et cartusiana ad quam etiam Capitulum Generale vult reduci jam aedificata. Habendam tamen rationem esse praecipuam sanitatis cellarum quo Monachi Deo serviant, mente sana sanoque corpore. Fient autem quindecim cellae, etc... (Pr.Lombardiae remotioris).

II.AEDIFICIA [1044]

[1045] AEDIFICIA

1045.- 1596: In Domo Padulae: Fabrica novi claustrum minimum sump-
tuosa intermittatur et reducatur ad simplicitatem Ordinis
quantum fieri poterit judicio Visitatoris et peritorum in
hac re. (Pr.Lombardiae remotioris).

4°: AEDIFICIA: De diligentia adhibenda:

1046.- 1450: Priori Domus Montis Hilaris non fit mia, quem ex-
hortamur in Domino ut circa prosecutionem fabricae dictae
Domus sicut bene et laudabiliter incepit etiam ferventius
de bono in melius prosequatur ad Dei honorem et dictae Domus
et Ordinis consolationem. (Pr.Cataloniae).

1047.- 1463: Et Priorem Domus Portarum exhortamur quatenus cir-
ca reparationem aedificiorum dictae Domus sit magis solli-
citus ne aedificia dictae Domus ad deteriorem statum deve-
niant, cum plurima ipsorum minentur ruinam. (Pr.Burgundiae).

1048.- 1466: Et injungimus Priori Domus Montis Rivi ut circa
instaurationem dictae Domus intendat plus solito et sine
ulteriori dilatione, alias Ordo providebit. (Pr.Provinciae).

1049.- 1468: Et cum Prior Domus Montis Rivi habeat necessaria
pro reparatione Domus suae, injungimus sibi stricte quod
hoc anno laboret ad reparandum dictam Domum sine ulteriori
dilatatione, alias.... (Pr.Provinciae).

1050.- 1470: Et quia plures fuit admonitus Prior Domus Montis
Rivi ut reparationi Domus suae intenderet, si non fecerit,
quando Visitatores venerint ad dictam Domum, faciant prout
de intentione nostra sunt informati ad partem sine ulterio-
ri dilatatione. (Pr.Provinciae).

1051.- 1486: Et Prior Domus Bassaevillae studeat diligenter ut
fiant aliquae cellae ut augeatur numerus religiosorum ad
servitium Dei augmentandum. (Pr.Franciae).

1052.- 1528: Et Ordinationem factam in novissima Visitatione
super aedificiis Conventus continuandis Prior Domus de Xe-
ritio invigilet, ne, quod absit, de sua negligentia, ab Or-
dine veniat graviter puniendus. (Pr.Castellae).

1053.- 1571: Priorem Domus de Xeritio hortamur ut diligenter
promoveat aedificia Domus, praecipue claustralibus, quae sint
absque curiositate, et singulis annis scribat quid aedifica-
verit et quid novi operis fecerit in Domo. (Pr.Castellae).

[1053] AEDIFICIA

II.AEDIFICIA [1054]

- 1054.- 1574: Et Priorem Domus de Castris rogamus ut fretus Dei
===== clementia, et Procuratoris dictae Domus opera et diligen-
tia, studeat promovere aedificia Domus (Pr.Acquitaniae).
- 1055.- 1602: Priorem Domus Florentiae hortamur ad perficiendam
===== clausuram totius Domus. (Pr.Tusciae).
- 1056.- 1603: Priorem Domus Tornaci plurimum hortamur ut incum-
===== bat diligenter constructioni cellarum sui claustrum. (Pr.
Picardiae).
- 1057.- 1625: Priori Domus in Tückelhausen injungimus ut ruino-
===== sa aedificia restauret. (Pr.Alemaniae Inferioris).
- 5º: AEDIFICIA: De necessariis citius aedicandis:
- 1058.- 1450: Et Priori Domus Boni Lapidis injungimus quatenus
===== cum consilio Visitatoris provideat citius quo commode po-
terit de clausura Monasterii sui. (Pr.Alemaniae Inferioris).
- 1059.- 1451: Priori Domus Majoraevi non fit mia, et injungimus
===== sibi ut cesset ab operibus novis et curet antiqua aedi-
ficia quae minentur ruinam paulatim, ut melius poterit, repa-
rare, et debita Domus antiqua etiam persolvere. (Pr.Burgun-
diae).
- 1060.- 1466: Priori Domus Montis Sancti Joannis Baptiste in
===== Hassia non fit mia. Et volumus omnino quatenus, omni alia
structura omissa, galileam cum cellis et tectis ac aliis ne-
cessariis perficiat, juxta ordinationem et voluntatem Visi-
tatorum. (Pr.Alemaniae Inferioris).
- 1061.- 1509: Et quam citius fieri poterit Prior Domus Clarimon-
===== tis faciat fieri murum per circuitum Monasterii, prout
fuit ordinatum in Charta Visitatorum. (Pr.Lombardiae remo-
tioris).
- 1062.- 1560: Hortamur Priorem Domus Sanctorum Stephani et Bru-
===== nonis et monemus in Domino ut dimisis aedificiis extra
Monasterium, studeat bene coeptam fabricam perficere ut ci-
to finiatur. (Pr.Lombardiae remotioris).
- 1063.- 1565: Et quamprimum commode fieri poterit, Prior Domus
===== Capri, omnibus aliis fabricis praetermissis, clausuram
Domus diruptam restauret. (Pr.Lombardiae remotioris).
- 1064.- 1566: Et Prior Domus Lyrae, omissis vanis et minus ne-

II.AEDIFICIA [1064]

[1065] AEDIFICIA

cessariis aedificiis, omni cum cura, restitutioni et aedificationi claustrum intendat. (Pr.Theutoniae).

1065.- 1570: Et in Domo Magiani in adjutorio Altissimi inchoetur clausura Domus pro honestate Ordinis et utilitate dictae Domus et perficiatur. (Pr.Tusciae). - Et in Domo Florentiae quia intelleximus non esse clausuram munitam ex una parte, ideo injungimus V.P.Priori quatenus dictam clausuram quantocius fieri poterit perficiat. (Pr.Tusciae).

1066.- 1571: Priori Domus Tornaci mandatur ut praeter cellas Monachorum nihil aedificet, et caveat in illis curiose vel superflue aliquid construere; si tamen bonum responsum impetraret, Ecclesiam, et si quae Domui fuerint necessaria aedificia, cum consilio Visitatorum curabit instaurare; devitet praeterea hospitium frequentiam, nec facile quosvis seculares ad mensam suam recipiat, inter quos sobrietas periclitatur. (Pr.Picardiae).

1067.- 1584: Et Prior Domus Padulae curet omnino hoc anno quamprimum fieri cellas Conversorum inter Ecclesiam et veteres cellas eorum, sicut approbaverunt VV.PP.Priores Trisulti et Neapolis qui eorum locum recognoverunt. (Pr.Lombardiae remotioris).

1068.- 1585: Priorem Domus Montis Hilaris monemus ut aedificia vetera vel quae ruinam minantur aut alioquin reparacione indigent resarciat quamprimum fieri poterit, nec ulla incipiat nisi cum consilio Conventus et licentia Reverendi Patris Cartusiae. (Pr.Catalaniae).

1069.- 1585: Et Prior Domus Arveriae resarciat Domum quantocytus fieri poterit, non externa aedificia. (Pr.Burgundiae).

1070.- 1595: Prior Domus Magiani neglectam a se clausuram quamprimum curet muro cingere juxta formam a Visitatoribus designandam. (Pr.Tusciae).

1071.- 1603: Priori Domus Lucae committimus ut, postpositis Domus sua commoditatibus et ornamentis, curet, quamprimum poterit, habitabiles reddere sui claustrum cellas, cum consilio Visitatorum. (Pr.Tusciae).

1072.- 1605: In Domo Neapolis:...Et omissis omnibus aliis non necessariis aedificiis, quamprimum intendatur reparacioni muri horti labentis et claustrum Monachorum certam ruinam minantis. (Pr.Lombardiae remotioris).

[1072] AEDIFICIA

II. AEDIFICIA [1073]

1073.- 1615: Priori Domus Durbonis multum commendamus ut, sepo-
==== sitis caeteris fabricis, constructioni cellarum pro habi-
tatione Monachorum diligenter incumbat, juxta formam a Vi-
sitoribus Provinciae ei praescriptam... (Pr. Provinciae).

1074.- 1627: Priori Domus Cantavii mandamus ut ante omnia cu-
==== ret reparare tecta cellarum. (Pr. Rheni).

1075.- 1628: Priorem Domus Silvae Sancti Martini hortamur ut
==== quamprimum concludat aream Monasterii muro. (Pr. Theutoniae)

6°: AEDIFICIA: De pruritu aedificandi vitando:

1076.- 1506: Et injungimus Priori Domus in Yttingen ut super-
==== sedeat a structuris novis, donec per Visitatores fuerit
provisum. (Pr. Alemaniae Superioris).

1077.- 1561: Priorem Domus in Ilimbach hortamur ut erectionem
==== aedificiorum temperet, nec propter hujusmodi contrahat vel
faciat debita Domui importabilia, et suo Procuratori prohi-
beat exitum et inutiles discursus extra Monasterium, alias
Ordo providebit. (Pr. Alemaniae Inferioris).

1078.- 1566: In Domo Ruthenae: Et ne quae laboriose et magnis
==== cum expensis aedificata sunt aut aedificantur, ulla curio-
sitate aut levitate destruantur, ordinamus ut quae ibi sunt
aedificanda cum consilio Visitatorum aedificantur, et quae
sic incopta erunt parficiantur, nec, illis non perfectis,
alia incipientur. (Pr. Acquitaniae).

1079.- 1625: In Domo in Axpach: Et Prior destruat ista domun-
==== cula quam juxta portam sine utilitate aedificavit. (Pr. Ale-
maniae Superioris).

7°: AEDIFICIA: De sacrī aedificiis non profanandis:

1080.- 1446: Ordinamus quod Ecclesia antiqua Domus Vallis Chris-
==== ti pro capellis distinete disponatur ad Missas privatas
ibidem perpetuo-celebrandas, ne locus tam solemniter Deo di-
catus in sui offensam et scandalum Ecclesiae ac totius Ordini
vituperium prophaneatur. (Pr. Cathaloniae).

ALBAE:

1081.- 1371: Albis croceis aut sulphureis vel aliter coloratis

II. ALBAE [1081]

[1082] ALCHIMIA

non utimur, sed, prout sonant, sint de tela alba et candida
nec nimis subtili et perspicua.

ALCHIMIA:

1082.- 1380: D.Joannes Leyderii, Professus Domus (N?)..amplius non
se intromittat de arte illa alchimiae, sub poena carceris.

1083.- 1470: Et D.N...Monachus Domus Boni Lapidis non intromit-
tat se de alchimia, nec de quinta essentia; et si quae con-
cessa sunt aut mandata super his revocamus.(Pr.Alemaniae Inf.)

1084.- 1504: Ad nostrum, quod dolentes referimus, pervenit au-
ditum, quod plures Ordinis personae, diabolica fallacia
adeo deceptae sint, ut tempus et vitam in alchimia et quin-
ta essentia consumant, multasque experientias faciant, juxta
Apostoli dictum, "semper addiscentes et nunquam ad veritatis
scientiam pervenientes", aurum et argentum conflent, et in
dispendium patrimonii Christi Ordinisque scandalum, in nihi-
lum redigant. Volentes igitur super his de remedio opportuno
providere, statuto irrefragabili ordinamus ut in antea nulla
persona Ordinis, directe vel indirecte, per se aut alium, in
Domibus Ordinis vel extraneorum, se in practica alchimiae si-
ve quintae essentiae occupet, neque fornaces, vitra, aliaque
ejusdem practicae instrumenta apud se retineat, sub poena
quoad Piores et Procuratores privationis officii, et quoad
subditos sub poena carceris. Eadem Ordinationi adjicientes:
inhibemus omnibus et singulis personis Ordinis nostri, status
cujuscumque fuerint, ne artem praedictam per se aut aliam
personam in Domibus Ordinis aut alibi exercere praesumant,
nec exercentibus praestent auxilium, consilium vel favorem,
aut ubi exercebitur intersint, alioquin tales pro proprieta-
riis et criminosis habeantur. Quod si Piores extiterint,
vel quicunque alias obedientias Ordinis habuerint, ipso fac-
to eisdem obedientiis sint privati et perpetuo inhabiles ad
quascumque Ordinis nostri obedientias obtainendas; Monachi
vero, Clerici Redditi, Conversi et Redditi Laici disciplinae
generali subjaceant, perpetuoque sint Novitii et careant vo-
ce sine spe restitutionis in pristinum gradum; Donati autem
et Praebendarii omnino ab Ordine expellantur. Et nihilominus
ut omnis occasio artem illam in posterum exercendi praedic-
tis personis subtrahatur, ordinamus et sub praedictis poenis
eisdem injungimus, ut si quos fornellois aut alia instrumen-
ta ad suum dictae artis penes se vel in eorum posse habeant,
illos et illa, infra unum mensem a die publicationis hujus

[1084] ALCHIMIA

II. AMBITIOSI [1085]

Ordinationis computandum, rumpant et funditus destruant. Valde enim indecens est et ab observantia regulari penitus alienum Dei servos terrena quaerere, sed eorum conversatio in coelis et circa coelestia debet esse. Et Visitatoribus Provinciarum injungimus ut in singulis Domibus suae Provinciae diligenter inquirant si praedicta fiant et juxta praesentem Ordinationem exequantur.

AMBITIOSI:

- 1085.- 1466: Et D.N... in Domo Trisulti propter excessus suos commissos discurrendo extra et conspirando contra Priorem suum et ex ambitione anhelando ad officium Prioratus dictae Domus sit in disciplina generali ad Ordinis voluntatem. Et insuper comedat ad terram in refectorio trina vice super asserem nudum. (Pr. Lombardiae remotioris).
- 1086.- 1468: Et quia intelleximus quod quidam de Domo Florentiae statuerunt amicitias cum saecularibus civitatis et eis revelant secreta Ordinis querentes per medium ipsorum saecularium sublimari ad officia, injungimus Visitatoribus quod de praedictis se inferment, et si repererint ea esse vera, imponant eis bonam disciplinam ad exemplum aliorum. (Pr. Tusciae).
- 1087.- 1552: Et D.N... vadat ad Domum Claramontis et ponat finem ambitioni suae quam non erubescit demonstrare nedum religiosis sed etiam secularibus in magnam confusionem Ordinis, alioquin ad omnes Ordinis obedientias declarabitur inhabilis. (In Domo Neapolis - Pr. Lombardiae remotioris).

BALNEAE: (Vide etiam: 69)

- 1088.- 1500: Quia medicus dissuadet, non det Prior licentiam D.N... visitandi balnea nautilia. (In Domo Buxiae - Pr. Alemaniae Inferioris).
- 1089.- 1512: Et quamdam licentiam concessam D.N... eundi ad balnea cassamus et revocamus. (In Domo Parmae - Pr. Lombardiae propinquioris).

II. BALNEAE [1089]

[1090] BEATA TIRMA. II

BEATA:

1090.- 1335: Consuetudinem Domorum Ordinis in quibus diebus singulis Missa de Beata Maria Virgine dicitur, tanquam sanctam et laudabilem approbamus et etiam confirmamus, de-
votionis spiritualis intuitu.

BENEFICIA SPIRITALIA: (Vide etiam: 70)

1091.- 1586: Monemus omnes Beneficia Participationis petituros ut correctius scribant et decentius, sintque in illis pe-
tendis, juxta Statutum, parciores. Sequuntur autem formam a Matre Cartusia praescribendam et Visitatoribus Provincia-
rum infra annum mittendam.

1092.- 1500: Et committimus Priori Domus Horti Christi quod di-
ligenter provideat quod in conferendis beneficiis caveat
ne petentes ea Monachos visitent et munera ipsis donent, ne
simoniaci indigni dignis preferantur in periculum animarum.
- Et Prior Domus Passionis Christi et Monachi non involvant
se recipiendo munus ullum et dando vota sua in cellis indi-
gnis cum vitio simoniae. (Pr. Alemaniae Inferioris).

1093.- 1443: Et quia pietas vertatur in questum odibilem, fa-
cultatem dandi et concedendi participationes totius Ordi-
nis Priori Domus prope Franckenford a Capitulo Generali in-
dultam revocamus. (Pr. Saxoniae).

1094.- 1369: Pro Domina de Ponte Vitreo quae misit pastillos ad Capitulum et quolibet anno consuevit mittere, dicat qui-
libet Priorum qui venerunt ad Capitulum et quilibet qui de
ipsis comedit unam Missam de Beata Virgine.

1095.- 1452: Pacem et quietem cum Deo, quantum possumus, in
suppositis nostri Ordinis nutrire, et uniformitatem Pro-
vinciarum ejusdem per laudem justitiae, ut tenetur, conser-
vare merito cupientes, necnon molestam nimis et insolitam
et praejudiciale beneficiorum spiritualium inculcationem
mitigare volentes, ordinamus quod quilibet Monachus et Mo-
nialis qui, testimonio sui Praesidentis nostro Generali Ca-
pitulo informantis, pacifice, honeste et laudabiliter in
obedientia Ordinis perseveraverit usque ad mortem habeat
Tricenarium Defunctorum per totum Ordinem nostrum exsol-
vendum, et nihilominus particeps fiat centum Brevium in
Charta Capituli nostri quilibet anno inscriptorum, decer-

II.BENEFICIA SPIRITALIA [1096] 01

nentes postea omnes Monachos et Moniales praedictos tam magni gratuiti beneficii esse contentos debere, adeo ut si aliqui eorum pro alio Beneficio ulterius obtinendo, Ordinem molestaverint, praedicto Beneficio privabuntur, cum denegatione alterius.

Ad hanc etiam finem, pro omnibus parentibus, Benefactribus et recommendatis pariter et amicis personarum Ordinis nostri, Tricenarium Defunctorum anno quolibet per totum Ordinem exsolvendum, est gratiose concessum, ut sicut pro seipsis et pro illis amodo sint contenti. (Hic est origo hujus Tricenarii Generalis quod nunc secundum est in Charta quolibet anno).

1096.- 1463: Quia alias fuit ordinatum quod quilibet Monachus et Monialis Ordinis nostri qui pacifice et laudabiliter in observantia Ordinis perseveraverit usque ad mortem habeat Tricenarium Defunctorum per totum Ordinem, nos, pro pace et consolatione omnium circa hujusmodi Beneficiorum distributionem de aequali portione providere volentes, superadjiciendo ordinamus quod Conversi Ordinis nostri qui in collatione dicti beneficii fuerant omissi et neglecti amodo simile Beneficium Tricenarii habeant per totum Ordinem, cum sint personae Ordinis Deo et Ordini servientes, et annis singulis solvant pro aliis hujusmodi et alia beneficia, propter quod merito debent talis beneficii esse participes, sic tamen quod pacifice et laudabiliter perseverent in Ordine et de hoc unicuique ipsorum suus Praesidens de ipsis bonum testimonium perhibeat Capitulo Generali.

1097.- 1464: Et quia contra Statuta D.N... impetravit a SSmo Do-
mino nostro Papa unum Breve, ideo sit in disciplina gene-
rali ad Ordinis voluntatem. (In Domo Sanctae Crucis in Roma.
Pr. Lombardiae remotioris).

1098.- 1465: Anno 1452, Capitulum Generale, volens mitigare mo-
lestam nimis et insolitam ac praejudicialem spiritualium
Beneficiorum inculcationem, ordinavit quod quilibet Monachus
et Monialis usque ad mortem in obedientia Ordinis laudabiliter
perseverans habeat Tricenarium Defunctorum post mortem
suam per totum Ordinem exsolvendum, decernens ob hoc omnes
Monachos et Moniales praedictos tam magni et gratuitissimi
officii esse contentos, adeo ut si aliqui eorum, pro alio bene-
ficio ulterius obtinendo Ordinem molestaverint, praefato be-
neficio cum denegatione alterius privarentur. Insuper, ut si-
cuit pro ipsis, ita etiam et pro aliis essent amodo contenti,
ordinatum fuit ut singulis annis, in Charta Capituli Genera-
lis ponatur beneficium Tricenarii pro omnibus Benefactoribus,

1099] ROBENEFICIA SPIRITUALIA 8801. II

recommendatis, pariter et pro amicis personarum Ordinis, verum quia plures personae Ordinis, intentioni Ordinis in praemissis contravenientes pro ulterioribus etiam perpetuis beneficiis Ordinis tam pro se quam pro aliis obtinendis, singulis annis, Reverendum Patrem Cartusiae et Capitulum Generale molestare non verentur multipliciter, duximus praedictam Ordinationem anni 1452 quae incipit: "Pacem et quietem..." revo-care, prout et revocamus una cum extensione ejusdem ad Conversos postmodum facta, remittentes personas Ordinis quantum ad beneficia Ordinis eis post mortem debita ad textum Statutorum ut prius, et quia singulis annis ut praemittitur imponitur in Charta Tricenarium Defunctorum pro omnibus parentibus, Benefactoribus, recommendatis et amicis personarum Ordinis, volumus ut omnes personas Ordinis nostri de caetero sint contentae, non molestantes amplius Reverendum Patrem Cartusiae pro inscriptione praedictorum ad Tricenaria alia Chartae.

099.- 1577: Et Prior Domus Nannatarum non praesumat de caetero etiam de consensu sui Conventus accipere sive recipere annualia Tricenaria seu alia gravia onera contra formam Chartae Capituli Generalis per quam conceduntur tantum cuilibet Domui 4 Anniversaria et totidem sepulturae... (Pr. Franciae).

BIBLIOTHECA: (Vide etiam: 71-73)

100.- 1320: Si qua persona Ordinis scripserit aut scribi fecerit vel emerit libros, vel apportaverit, ipsi libri remanent in Domo in qua primo acquisiti sunt, nisi alia causa rationabilis obsistat.

101.- 1407: Nullus Praesidens vel Domus Ordinis alienet quoscumque libros earum nisi prius obtenta licentia Visitatorum.

102.- 1447: Prior Domus Apponiaci restituat libros et alia quae occulte fuerunt sine licentia asportata per Professos Domus Divionis. (Pr. Franciae).

103.- 1447: Et injungimus Priori Domus Sancti Andreae de Littere Venetiarum quatenus quam citius commode et secure poterit remittat Domui Papiae unum homiliarem jam annis 25 gratis propter Deum eis praestitutum. (Pr. Tusciae).

104.- 1451: Injungimus Priori Domus Parci ut ab hinc usque ad festum Nativitatis Domini, restituat Priori Domus Ligeti

1104] BIBLIOTHECA

II. BIBLIOTHECA [1105] [1]

suum Breviarium, alias a vino abstineat semel in hebdomada, abstinencia feriae sextae observata. (Sunt similes monitiones: innumerabiles). (Pr. Franciae).

1105.- 1462: Et injungimus D.N... in virtute sanctae obedientiae et sub poena excommunicationis si inobediens fuerit, quatenus det rationem de multis voluminibus librorum tempore suo a Sancto Martino prope Neapolim hinc inde distractis et de pecuniis per ipsum administratis. Et ordinata circa ipsum in Charta anni praeteriti, suam inhabilitationem concerten-tia, confirmamus. (Pr. Lombardiae remotioris).

1106.- 1577: Et D.N... non deficiat redimere libros ecclesiae Domus suae professionis Casularum, quos vendidit, alias sentiet virgam Ordinis. (In Domo Montis Sancti Petri - Pr. Lombardiae propinquioris).

BRUNO: (Vide etiam: 76)

1107.- 1450: Et Frater Nicolaus, alias dictus Bruno, hospes, etc.... (Hic fit prima mentio nominis: Bruno, in Ordine) (In Domo in Axpach - Pr. Alemaniae Superioris).

1108.- 1497: Intimamus universis et singulis Prioribus Domorum Ordinis quod, divina favente clementia, recuperaturi sumus in proximo Monasterium Sancti Stephani de Bosco, in partibus Calabriae constitutum, in quo requiescit illud Venerabile ac Sanctissimum corpus Beati Brunonis Patris nostri, qui primus Cartusiensis Ordinis, cooperante Spiritu Sancto, fundamenta jecit, et sanctae nobis conversationis habitum Regularesque observantias in quibus nunc vivimus dereliquit...

1109.- 1610: Prior Domus SS. Stephani et Brunonis curet perficie fabricam Ecclesiae quae incopta est, et mausoleum pro repositione Venerabilium Reliquiarum Sancti Patris nostri Brunonis curet fieri pro reverentia sacri thesauri decentissime. (Pr. Lombardiae remotioris).

1110.- 1738: Audientes desiderari a multis annis statuam mar moream Sancti Patris nostri Brunonis in galeria Vaticana, cuius jam diu locus praeparatus remanet inter aliorum Fundatorum Ordinum statuas jam erectas, mandamus Patri Procuratori Generali Romae, quatenus cum arte peritis, de statuae pre-tio conveniat, et pactum conventum mittat ad Reverendum Pa-trem, ut, in proximo Capitulo dividatur inter Domos Ordinis solvendum intra tres annos solutionibus aequalibus.

1111.- 1882. Ord.2: Qui de SS.Cordis Jesu nimia charitate tan-
ta consecuti sumus, tanta speramus beneficia, pietatis
nostrae testimonia multiplicare non dubitamus. Cum igitur
in honorem SS.Cordis Jesu Gallia poenitens et devota, Par-
siis in Monte Martyrum splendidissimum erigat monumentum,
sacellum speciale in hac ecclesia expensis nostris adornan-
dum Sanctoque Patri nostro Brunoni dedicandum postulare
statuimus. Ita humilis familiae gloriosus Pater totius Or-
dinis Cartusiensis erga Cor Jesu Sacratissimum vices gerat,
quasi continuo dicens: "Ecce ego et filii quos dedisti mihi."

CAEREMONIAE IN OFFICIIS:

1112.- 1404: Priori Vallis Sancti Mauritii non fit mia et ex-
hortamus eum ut circa caeremonias Ordinis sit solito dili-
gentior. (Pr.Alemaniae Superioris).

1113.- 1430: Declaramus pro levanda sede quo illae caeremoniae
de levanda sede ab illo qui habet dicere Responsorium non
serventur ab illis qui simul cantant in medio chori in uno
libro propter difficultatem, sed in eodem libro incipiatur
Responsorium et cantetur Versus; et idem dicimus de illis
qui habent pronuntiare Antiphonam quando nesciunt exterius
pronuntiare.

1114.- 1614: Et D.N...et D.N...conformiter se cum aliis in obser-
vantibus regularibus et caeremoniis Ordinis in officio divi-
no, alioquin puniantur arbitrio Prioris. (In Domo Montis Ri-
vi - Pr.Provinciae).

CANTUS: (Vide etiam: 77-83)

- 1º: Generositas.
- 2º: Singularitates.
- 3º: Instrumenta prohibita sunt.

1º: CANTUS: Generositas:

1115.- 1451: Et D.N...quia contra prohibitionem Capituli Genera-
lis non cessat perturbare Piores, Novitios et Hospites,
nihil aliud querens quam quod in Domo remaneant pauci ut sic
Divinum cesseret Officium sit in disciplina generali ad Ordinis
voluntatem. (In Domo Montis Dei - Pr.Picardiae propinquioris).

1115] CANTUS

[251]

II.CANTUS [1116]

- 1116.- 1480: Et quia in Domo prope Brunam est defectus perso-
narum, committitur Visitatoribus ut provideant Domui de
personis, ne Divinum Officium negligatur. (Pr. Alemaniae
Superioris).
- 1117.- 1495: Et D.N. stet in loco suo et si non faciat debitum
suum in choro et in aliis subtrahantur victualia. (In Do-
mo Papiae - Pr. Lombardiae propinquioris).
- 1118.- 1518: Et D.N...vadat ad Domum de Fontibus pro juvamine
Divini cultus. (Pr. Cathaloniae).
- 1119.- 1529: Et volumus in Domo Claustrum Mariae prope Hilde-
heim ut juxta Chartam novissimae Visitationis Ecclesia
restauretur et die noctuque Divinum Officium cum cantu more
Ordinis exsolvatur. (Pr. Saxoniae).
- 1120.- 1530: Et D.N...alias Vicarius Domus Vallis Pisii prop-
ter inobedientiam Ordinationi Capituli Generalis de can-
tando Divino Officio nocte ac die factam, ad obedientias Or-
dinis inhabilem declaramus, et in pane et aqua ter ad terram
vices in refectorio comedat. (Pr. Lombardiae propinquioris).
- 1121.- 1542: Et Prior Domus Vedanae faciat duas cellas, ut ibi
possint commorari octo Monachi. Faciat enim scribere li-
bros ad legendum et cantandum in Ecclesia secundum morem Or-
dinis nostri. (Pr. Tusciae).
- 1122.- 1544: Et D.N...vadat hospitatum ad Domum novae planta-
tionis Ruthenae et ibidem vacet in libris Ecclesiae scri-
bendis ut Divinum Officium brevi in eadem Domo celebrari va-
leat. (Pr. Acquitaniae).
- 1123.- 1556: Et D.N...in Divino Officio et aliis quae sunt Or-
dinis ferventius et religiosius se habeat et faciat debit
tum suum, alioquin Prior illum puniat. (In Domo Glanderii-
Pr. Acquitaniae).
- 1124.- 1650: Ordinamus ut Monachi nolentes, cum possint, debito
canendi in choro satisfacere, post binam monitionem in pu-
blico, ad ultimam sedem chori tanquam inutiles remittantur et
per hoc ad omnia officia Ordinis inhabiles habeantur. (Pr.
Lombardiae).

2º: CANTUS: Singularitates vitare contra Statuta vel usum:

- 1125.- 1403: Petitionem quam fecerunt quidam Conventuales, quod

II.CANTUS [1125]

[1126] CANTUS

==== cantare debeant Officium Defunctorum cum nota more saecula-
rrium, et habere pitantiam feria sexta, tanquam minus discre-
tam non admittimus; scientes quod nulla consuetudo contra
Statuta debet collocari. (In Domo Throni Sanctae Trinitatis
in Pletriach - Pr. Alemaniae Superioris).

1126.- 1420: Prior Domus Portae Coeli non fit mia, et injungimus
==== sibi quod reformat in cantu quae contra formam Ordinis Do-
mus Cartusiae in Domibus Provinciae suae decantantur. (Pr. Ca-
thaloniae).

1127.- 1442: Et in Domo Parci decantetur servitium Divinum in ec-
==== clesia secundum ritum Ordinis prout Visitatores ordinarunt,
ned immisceant se discantui cum illa scientia sit peregrina
ab Ordine et aliena, inexemplaris et curiosa. (Pr. Franciae).

1128.- 1530: Priori Domus Ruremundae non fit misericordia. Et
==== caveatur omnino ne fratres dictae Domus utantur cantu sae-
culari in Festo Sanctae Annae; verum sequantur ritum Visita-
tori Provinciae concessum. (Pr. Rheni).

1129.- 1534: Admonemus omnes et singulos Piores Provinciae Rhe-
==== ni ut in cantu et caeremoniis Divini Officii sint uniformes
secundum formam Statutorum nostrorum, et si quae sunt in con-
trarium a Capitulo impetrata vel aliter per ipsos attentata,
ne in consequentiam trahantur et in dies augmententur, sicut
jam fieri coeptum est, cassamus et revocamus.

1130.- 1587: Et Prior Domus de Xeritio conformet se Majori Car-
==== tusiae in ratione proferendi dictiones. (Pr. Castellae).

1131.- 1610: Et D.N... in Domo Ferrariae stabiliat se et confor-
==== met se cum aliis in cantu, alioquin puniatur pro modo cul-
pae. (Pr. Tusciae).

3°: CANTUS: Instrumenta prohibita sunt:

1132.- 1527: Et D.N... emendet vitam suam, alioquin Ordo taliter
==== providebit quod ejus correctio caeteris cedet in exemplum.
Cui sub poena carceris injungimus ut instrumenta musicalia
quae habet penes se, det in manu Prioris nec de caetero ta-
lia instrumenta custodiat aut eis utatur. (In Domo Montis
Sancti Petri - Pr. Lombardiae propinquioris).

[1132] CANTUS

CAPELLUS: (Vide etiam: 1131 - 1132)

1133. - 1376: Quia multas personae abutuntur gratia Apostolica olim facta per Dominum Urbanum sanctae memoriae de capellis, portantes capellos fortes et rigidos et foederatos exterius pannis nigris et pretiosis more Praelatorum, statuimus ut nulla persona Ordinis, cujuscumque conditionis extiterit sive gradus, portet de cetero capellum nisi filtrem cum vitta de nigro corio pro circumferentia dictorum capellorum, quoniam ista fuit intentio Domini nostri Papae. Qui contra fecerit, predicta gratia, scilicet portandi capellos, perpetuo sint privati.

1134. - 1578: In Provincia Aquitaniae permittitur ac licet: Monachis et Conversis outi galericis ad protegendum se a calore solis et imbrium incommoditate.

CAPITULUM GENERALE: (Vide etiam: 85-91)

1135. - 1465: Priorem Domus Vallis Profundae dure reprehendimus de negligentia sua in hoc quod usque ad mensem martii neglexit querere seu mittere prohibendo Cartam Capituli Generalis. (Pr. Franciae).

CARITAS FRATERNALIS: (Vide etiam: 99-100)

1136. - 1457: Nullus Prior audeat refutare vel repellere personas Ordinis quae per Visitatores ad hospitandum in Domo sua eidem fuerint transmissae ad minus usque ad Capitulum Generale in quo si gravata fuerit Domus sua, cum litteris testimonialibus Visitatoris principalis poterit relevari; alias, qui contra fecerit, sit extra sedem suam per tres menses.

1137. - 1843: Non sine gravi taedio Capitulum Generale audivit quod illa Domus duos Monachos ab authoritate legitima missos accipere recusaverit; debitam poenam pro hac vice non imponit, fidenter sperans quod in futurum hujusmodi scandalum non datura sit. (In Domo Paduae).

1138. - 1442: Priori Domus prope Moguntiam non fit mia et de periculo ejus quod ei in via accidit sibi compatimur et condolemus. (Pr. Rheni).

[1139] CARITAS FRATERNA

1139.- 1447: Et districte monemus D.N...et D.N...ut inter se bo-
nam pacem fraternalem, prout tenentur, conservent, nec dis-
cordiam inter alios seminent, alias Prior puniat eos per res-
trictionem virtualium, ad exemplum aliorum. (In Domo Apponia-
ci - Pr. Franciae).

1140.- 1450: Et nonnulli Domus Caturci Monachi turbantes et mo-
lestantes D.Nicasium ibidem hospitem curent se emendare an-
tequam Ordo habeat contra ipsos aliter procedere. (Pr. Acqui-
taniae).

1141.- 1450: Et taliter curent amodo tractare hospites et Novi-
tios quod valeant se in dicta Domo Montis Dei stabilire;
alias si culpa ipsorum compelluntur recedere, vel ipsos pro-
curaverint modis suis expellere, Ordo taliter providebit
quod cedet omnibus ad exemplum. (Pr. Picardiae Propinquioris).

1142.- 1463: Et super his quae passus est Prior Domus prope
Stetin, sibi condolemus, sed patientiam habeat et cum ma-
jori cautela sibi commissos de caetero custodiat. Et quia
intelleximus quod quidam Monachi dictae Domus, Deum praes-
oculis non habentes, sunt infesti D.N...Monacho dictae Do-
mus, fugam sibi improperantes et multas injurias ei dicen-
tes, non attendentes verbum Apostoli: "Qui se existimat sta-
re videat ne cadat", cum potius de sua reconciliatione debe-
rent gaudere. Ad reprimendum insolentiam eorum, volumus et
ordinamus quod quicumque amodo dicto Stephano pro dicta cul-
pa insultaverit aut alia verba injuriosa et contumeliosa si-
bi dixerit, in proximo sequenti capitulo dicat culpam suam
et comedat ad terram in refectorio; et si in id ipsum relap-
sus fuerit, sit in disciplina generali ad Ordinis volunta-
tem. Et quia Monachi dictae Domus non habent pacem ad invicem,
sed saepe movent lites et contentiones et movent rixas dando
minas ex quibus de scandalo dubitatur nisi super hoc de re-
medio opportuno provideatur, eapropter ordinamus quod Visi-
tatores Provinciae ad dictam Domum se transferant et de praes-
missis diligenter se informent; et, veritate comperta, auc-
tores dictarum turbationum corripiant usque ad carceris in-
clusionem si visum fuerit, etc, etc.....(Pr. Saxoniae).

1143.- 1468: Et D.N...Monacho Domus prope Stetin seriose injun-
gimus pro pace aliorum ut ab eorum infestatione desistat,
sicut alias pro pace sua aliis de Conventu injunctum fuit.
Et quia alias in Charta Capituli seriose injunctum fuit om-
nibus personis Ordinis habentibus aliquid de scriptis D.Jo-
annis Indaginis quod illud remittere non differant ad Domum
prope Stetin, quod hucusque minime impletum est, hinc denuo

[1143] CARITAS FRATERNA

II. CARITAS FRATERNA [1144]

in jungimus omnibus et singulis personis Ordinis, etiam et ipsi D. Joanni Indaginis ut hujusmodi scripta ad praefatam Domum prope Stetin remittere habeant si Ordinis correctio nem cupiant effugere. (Pr. Saxoniae).

1144.- 1474: Et D.N... senior Domus prope Confluentiam de caetero sit magis cautus in scriptis suis, nec ita faciliter temere judicet de occultis sibi ignotis; et de aliis quae scribit, stet contentus Ordinationibus Capituli et Superiorum suorum consilio. (Pr. Rheni).

1145.- 1476: Et D.N... hospes in Domo Bonipassus studeat dulciter et exemplariter conversari cum Professis ejusdem Domus; alias necesse erit providere in hoc facto suo. (Pr. Provinciae)

1146.- 1476: Et hortamur Priorem Domus Ligeti ut patienter sustineat D.N... Professum Domus suae quem sibi remittimus cum neminem reperiamus qui velit eum tenere etiam pro quacumque taxa. (Pr. Franciae).

1147.- 1488: Quia pietas ad omnia utilis est et charitas, hortatur Capitulum Generale Priorem et Conventum Domus Tornaci quatenus humaniter et pie recipiant D.N... patriotam, professum Vallisbonae eis missum per Capitulum, ut si placuerit Altissimo possit cum ipsis salutem suam operari. (Pr. Picardiae).

1148.- 1488: Et monemus denuo D.N... ne contra dictum Sapientis, suae immitatur prudentiae, sed Superiorum ordinationibus et monitionibus humiliter acquiescat, et si quos proclamatione dignos noverit, potius in privato quam in publico denuntiet, ut caritas et emendatio potius quam confusio proximi quaeri videatur et amodo non inquietet Capitulum vel Reverendum Patrem super hujusmodi re, alioquin ipso facto sit in disciplina Ordinis. (In Domo Capellae - Pr. Theutoniae).

1149.- 1493: Et quia est justum quod quaelibet Domus supportet suos, et non reperiatur receptor benevolus, ideo D.N..., Professus Domus Nannetarum ibidem perseveret cum sancto Dei timore ad Ordinis voluntatem. (Pr. Franciae).

1150.- 1498: Et Monachi Domus Majoricarum vivant ad invicem uniti in charitate et bona pace et cessent a partialitatibus et dissentionibus quibus hactenus dediti fuerunt in magnum scandalum saecularium; alias Ordo expellet omnes de Domo. (Pr. Cathaloniae).

1151.- 1499: Et D.N... in Domo Bononiae consideret suos defec-

[1152] CARITAS FRATERNA

- tus et non alienos. (Pr.Tusciae).
- 1152.- 1504: Et de hoc quod Prior et Conventus Domus Boni Lapidis petunt quod eorum Professi alibi hospitantes ad dictam Domum non revertantur, tanquam rationi et charitati contrarium improbamus, quia justum est quod quaelibet Domus suos pauperes et debiles recipiat. (Pr.Alemaniae Inferioris).
- 1153.- 1523: Prior Domus Pontis Mariae in Astheim benigne recipiat Fr.N...suum Conversum et de necessariis sibi provideat, ne occasionem ei instabilitatis praebeat. (Pr.Alemaniae Inf.).
- 1154.- 1530: Et viso scrutinio novissimae Visitationis et aliis hinc inde auditis, hortamur Priorem et Conventuales Domus Venetiarum ut defectus mutuos charitable supportent et emendare studeant, alioquin capiti et membris Ordo providebit. (Pr.Tusciae).
- 1155.- 1531: Et Religiosi Domus Vallis Clarae plus solito invicem pacem et charitatem teneant et Priori suo obedientiam et reverentiam exhibeant... (Pr.Acquitaniae).
- 1156.- 1531: (Super contentione et discordia inter Priorem Domus in Leweld et Fr.N...suum Conversum):....Disciplinas utrisque propter errores et excessus merito infligendas de singulari gratia, nostra autoritate remittimus, ut cognoscant nos, non eorum poenas sed pacem et animarum salutem quaerere; pacem igitur et sanctimoniam sectentur, si pacem quae exuperat omnem sensum videre velint. (Pr.Alemaniae Superioris).
- 1157.- 1540: Priorem Domus Vallis Dei hortamur in Domino, filios suos solito melius sicut viscera sua complecti continere ac cum Christo colligere, et facere ipsos etiam a paterna charitate non dividiri, sed sicut Dei vicarium venerari, ne reciprocis exagitati turbinibus invicem mordentes, ad invicem consumantur. (Pr.Franciae).
- 1158.- 1553: Hortamur in Domino tam Priorem Domus Mediolani quam conventuales, ut praeteritas hactenus altercationes ad invicem habitas praetermittant, mutuaeque dilectioni studeant et idipsum sentientes ac invicem supportantes, seipsos veros Christi discipulos, non tam nomine quam opere demonstrant, reminiscanturque quod omne regnum in seipsum divisum desolabitur, et sicut concordia parvae res crescunt, ita discordia maximae dilabuntur. Et volentes obviare pluribus quae forte animarum saluti obesse possent, Patres Visitatores ad dictam Domum accedant... (Pr.Lombardiae propinquioris).

II.CARITAS FRATERNA [1159]

1159.- 1558: Priori Domus Lyrae mandamus ut DD.N.. et N...uti
professos in Domo sua recipiat, si commode absque detri-
mento spiritualis et temporalis aedificii fieri potest,
alioquin Domibus in quibus hospitabuntur de mandato Visitato-
rum contribuat et satisfaciat ad Ordinationem Visitato-
rum, ne ipsae Domus moribus et expensis suorum professorum
supergraventur. (Pr.Theutoniae).

1160.- 1579: Prior et Conventuales Domus Bonipassus studeant
deinceps invicem et cum viciniis, maxime nobilibus, paci-
fice vivere. (Pr.Provinciae).

1161.- 1717: Et Fr.N... qui injuriose se gessit publice cum alio
religioso Donato, ex charitate et speciali gratia, ter in
refectorio comedat ad terram super asserem nudum et in capi-
tulo publice recognoscat culpam suam. (In Domo Neapolis -
Pr.Sancti Brunonis).

CELLA: (Vide etiam: 102-103)

1162.- 1414: Et quia percepimus quod in quibusdam Domibus An-
gliae personae Ordinis in cellis cum aliis comedere et bi-
bere non verentur, ideo districtius prohibemus quod nulla
persona Ordinis comedat vel bibat cum aliquo, sive intraneo
sive extraneo, in cella sua, vel etiam permittat, exceptis
Prioribus et Procuratoribus extra cellam suam; qui tamen
Priores et Procuratores se teneant secundum formam Statuto-
rum. Quod si quisquam hoc attentare praesumpserit, servet
unam abstinentiam et semel comedat ad terram in refectorio
sine vino et pitantia toties offenderit, sine omni
relaxatione. Quod si Prior hoc observare non fecerit, faciat
abstinentiam et sit extra sedem suam per unam septimanam.

1163.- 1425: Priori Domus de Castris injungitur ut fenestras
cellarum barris ferreis sic faciat adaptari et claudi, ne
per eas aliquis possit introire vel egredi. (Pr.Acquitaniae).

1164.- 1591: Priori Domus Magiani mandamus et injungimus ut sol-
licitate curet reparari et necessariis muniri omnes cellas
claustrali infra tempus sibi a Visitatore constituendum.
(Pr.Tusciae).

II.CELLA [1164]

[1165] I CLAUSURA II. CARITAS

- CLAUSURA: (Vide etiam: 106)
- 1165.- 1496: Et claudatur porta in Domo Majoricarum quae tendit ad Domum Denpardo. (Pr. Cathaloniae).
- 1166.- 1635: Ob rationabiles causas ad id nos moventes, praecipimus Priori et Conventualibus Domus Granatae sub poena absolutionis ab officiis et disciplinae generalis ne ullo modo aperiant neque aperiri permittant quodlibet posticum sive aliud quocumque ostium in horto communis Domus, sive in quacumque alia ejus parte, per quod extra clausuram Domus egredi possit, absque speciali licentia Capituli Generalis vel Reverendi Patris, et qui tale ostium aliter fieri postulaverit, aut qui permiserit, suspectus de observantia Regulari in posterum habeatur et si necesse fuerit a Visitatoribus acrius puniatur. (Pr. Castellae).
- 1167.- 1649: Priori Domus Parmae praecipimus ut clausuram a multis annis incepit perficere non negligat, etiam renuente Conventu; quod si quis directe vel indirecte tentaverit impedire, poenam criminorum sustineat ad arbitrium Reverendi Patris. (Pr. Lombardiae).
- 1168.- 1650: In Domo Montis Sancti Petri: Prohibemus ne quis in posterum sive Prior sive alias possit aperire clausuram Domus jam perfectam, vel in ea portas alias facere praeter jam apertas, ex quavis parte vel sub quovis titulo aut praetextu sub poena absolutionis a suis officiis. (Pr. Lombardiae).
- 1169.- 1692: In Domo Trisulti: Reparetur et fiat absque ulla dilatione integra clausura Monasterii, nec ab illo opere desistatur donec completum sit. (Pr. Sancti Brunonis).
- 1170.- 1888. Adm.8: Pro Domo Sanctae Mariae de Mogeris: Declaramus per cancellos Ecclesiae publicae limitari clausuram ac proinde mulieres ultra progredi illicitum esse.
- COENA: (Vide etiam: 108-111)
- 1171.- 1542: Declaramus quod in coena nulla cibaria condita vel composita nec risi nec offae possint in Refectorio Monachis dari vel comedи, nec Conversis.
- 1172.- 1334: Quia Prior Vallis Sancti Mauritii comedit in refectorio in coena pitantiam et Conventui ministravit et ministrari permisit, comedat per quinque dies Capituli in

II. COMMUNIO [1173]

refectorio in mane sine pitantia: (In Alemania).

COMMUNIO SACRAMENTALIS:

1173.- 1441: Propter maiorem reverentiam cultus latriae Sacro
==== Christi Corpore exhibendam et devotionem utriusque status
secularium Domos nostras visitantium confovendam, ac etiam
adaugendam, et scandalum jam obortum apud nonnullas utrius-
que status personas sedandum, ordinamus quod in communione
Monachorum et Conversorum Ordinis nostri, non stantes, ut
dicit Statutum, sed flexis genibus usque in finem dictae
communionis perseveremus.

1174.- 1589: In Domo de Covis: Sacerdotes omnes se conforment
Statutis quando illis indicitur communio generalis.
(Pr. Castellae).

CONFESSIO: (Vide etiam: 112-115)

- 1º: De copia confessariorum in Domibus.
2º: De confessione extraneorum.
3º: De confessione mulierum.

1º: CONFESSIO: De copia confessariorum in Domibus:

1175.- 1405: In Domo Vallis Auxilii: Ut Conversi possint habere
confessarium, ordinamus quod F. N., Professus Domus Sancti
Michaelis vadat ad Domum Auxilii hospes ad Ordinis volunta-
tem. (In Ungaria - Pr. Alemaniae Superioris).

2º: CONFESSIO: De confessione extraneorum:

1176.- 1222: Confessiones eorum qui nobis commissi non sunt,
===== quantum possumus vitare debemus. Quod si de mandato epis-
coporum suorum ad nos venerint, recipere vel non recipere
erit in optione nostra.

1177.- 1454: Et Priori Domus prope Paduanam praecipitur sub poena suspensionis ab officio Prioratus quatenus extra Monasterium suum confessiones sacerdotalium non audiat; alias, si Ordini, de contrario, quod absit, constiterit, ultra suspensionem praedictam, majorem ultionis animadversionem sustinebit. (Pr. Tusciae).

[1178] CONFESSIO MO. II

3º: CONFESSIO: De confessione mulierum:

1178.- 1422: Notificatur omnibus Prioribus et Monachis Ordinis quod confessiones audire non possunt sine licentia superioris ipsorum confitentium, consulentes quod servent antiquum statutum de confessione in fine (supra: n.1176), et prohibetur quod etiam cum licentia dictorum superiorum confessiones mulierum audiant.

1179.- 1510: Et de liventia quam Visitatores Domus Pacis Mariae in Provincia Saxoniae dederunt quod Monachi possent audire confessiones mulierum devotarum, cum talis licentia sit contra Statutum et morem Ordinis, cassamus et annullamus, cum viris solitariis audire talium confessiones sit periculosum.

1180.- 1571: Prohibemus a caetero publicas conciones extra Monasterium, tam Prioribus quam aliis Monachis, atque etiam confessiones mulierum.

1181.- 1597: Districtissime prohibemus tam Priori quam Monachis Domus Montis Benedicti ne audiant confessiones mulierum. (Pr. Lombardiae propinquioris).

CONVERSI: (Vide etiam: 116-122)

- 1º: Cibus.
- 2º: Correctio.
- 3º: Discursus seu evagationes.
- 4º: Laborare debent.
- 5º: Receptio.
- 6º: Superbia.

1º: CONVERSI: Cibus:

1182.- 1294: Si aliquis Conversus cibaria praeter licita et debita in cella fuerit assuetus ponere et tenere, et monitus non se correxerit, cella perpetuo privetur.

2º: CONVERSI: Correctio:

1183.- 1293: Concedimus quod sequenti Capitulo, nisi appareat emendatio Conversorum, statuetur et inchoabitur quod ipsi simul comedant et dormiant.

1184.- 1295: Ordinamus praescite et irrevocabiliter volumus observari quod Conversi et Rediti qui de caetero ad Do-

II.CONVERSI [1185]

minos saeculares recurrent, conquerendo vel denuntiando per se vel per alium de correctionibus seu ordinationibus Ordinis, Domum suam perpetuo amittant, Monachi vero voce careant in aeternum.

1185.- 1304: Imponimus silentium omnibus ne de caetero rogent de bartis reddendis illis qui meritis suis amittere merebuntur.

1186.- 1347: Conceditur omnibus Prioribus et Vicariis Monialium quod Conversos et Redditos suos de victualibus sine causa murmurantes et qui nihil operant, si non se emendaverint, possent incarcereare et quando videbunt emendationem ipsorum valeant ipsis carcerem relaxare.

1187.- 1407: Monemus Piores et Domorum Rectores ut corrigant et per Visitatores corrigi faciant suos Conversos qui Statuta non servant in griseam cappam portandam, vel vestibus utuntur nimis pretiosis, barbamque nimis detruncant, et cum possint, debite non laborant.

1188.- 1493: Et Conversi Domus Fontis Beatae Mariae diebus Capituli comedant in refectorio secundum formam Ordinis et Statutorum. (Pr.Franciae).

1189.- 1499: Et quia Frater N... Conversus fuit confessus quod fecerit claves clandestinas carceris, carceri mancipetur per unum mensem. (In Domo Florentiae - Pr.Tusciae).

1190.- 1536: Et Conversi Domus Herbipolis melius solito suo Superiori obediant, alias Ordo providebit. Et civitatem non intrent neque in ea comedant aut bibant, nisi dicti Prioris sui petita et obtenta licentia. (Pr.Alemaniae Inferioris)

1191.- 1569: Et Conversi Domus Vallis Christi de caetero defefant pelliceas laneas sive Mongils, et sequantur officium Divinum diurnum et nocturnum sub poena restrictionis victualium, festivis et ferialibus diebus, juxta antiquam consuetudinem Provinciae laudabilem. (Pr.Cataloniae).

1192.- 1679: Quia in quibusdam Ordinis Domibus Conversorum conversatio omnino tepescit et a Statutorum observantia notabiliter deflectit, statuimus et ordinamus ut ulterior non fiat Conversorum receptio in Domibus ubi Tertia Pars Statutorum ad Conversos pertinens, circa observantiam regularem non plene observatur, donec stricte et laudabiliter Visitatorum iudicio, servetur, sed tantum Donati ibi recipiantur, prohiben-

II.CONVERSI [1192]

[1193] CONVERSI

Prioribus et caeteris officialibus, sub poena absolutio-
nis, ne aliquid contra hanc necessariam Ordinationem atten-
tent. Conversi autem et Donati, tum in Ecclesia, tum in Ca-
pitulo et Refectorio simul convenient et simul refectionem
sumant... Si quis autem inter eos posthac voluerit primus es-
se, fiat omnium ultimus et servus, juxta Jesu Christi Salva-
toris nostri sententiam.

1193.- 1832: Quia comperimus in quibusdam Ordinis Domibus Con-
versorum conversationem a Statutorum observantia magis ac
magis deflectere, necessarium duximus renovare Ordinationem
Capituli Generalis anni 1679 prohibentis ne ulterior fiat
Conversorum receptio in Domibus ubi Tertia Pars Statutorum
ad ipsos pertineat circa observantiam regularem non plene
observatur, donec Visitatorum judicio vel aliarum persona-
rum testimonio nobis constet illam servari, cuius gratia pree-
cipimus Prioribus et caeteris officialibus sub poena absolu-
tionis ut maxime caveant ne aliquid contra hanc necessariam
Ordinationem attentent. Quod si fecerint, illique adversan-
tes, aliquem ad statum Conversorum per Professionem recepe-
rint, talen Professionem nullam esse habendam declaramus.

3º: CONVERSI: Discursus seu evagationes:

1194.- 1294: Conversi infra terminos Domorum non equitent, nisi
ita essent debiles et infirmi quod pedes ire non possent.

1195.- 1418: Inhibemus omnibus Prioribus et aliis personis Or-
dinis ne de caetero, contra tenorem Statutorum, mittant
Conversos extra terminos Domorum suarum sine cappa et famu-
lo aut alia honesta persona comitiva.

4º: CONVERSI: Laborare debent:

1196.- 1294: Cum Conversi et Redditi recipiantur preecipue pro
labore et nonnulli propria manu laborare recusent, statui-
mus ut quicumque super hoc a Priore vel Procuratore repre-
hensi fuerint, et moniti non se emendaverint, vino et pitan-
tia priventur quamdiu Priori videbitur quid faciendum, nisi
eos evidens necessitas excusaret.

1197.- 1294: Statutum factum circa victualia Conversorum firmi-
ter de caetero observetur ita quod nonobstantibus aliquibus
consuetudinibus aliquarum Domorum, praedictum Statutum amodo
teneatur, nisi Piores, qualitate regionis et personarum et
Domorum pensata duxerint cum eis misericorditer dispensandum.
Si propter hoc vel aliud a laboribus se subtraxerint aut mi-
nus fideliter laboraverint aut laborari fecerint et hoc Prio-

[1197] CONVERSI

II.CONVERSI [1198]

ri vel Procuratori constiterit, et moniti non se correxerint, Prior de consensu Conventus sui vel majoris partis, mittat eos ad Priorem Cartusiae alibi sustentandos.

1198.- 1533: Et Fr.N...Conversus vadat ad Domum Petrae Castri, et secundum vocationem suam laboret, alioquin, ut Statuta volunt, vino et pitantia careat. (Pr.Burgundiae).

1199.- 1570: Et Fr.N...laboret, alioquin non manducet. (In Domine Fortae Coeli - Pr.Cataloniae).

1200.- 1580: Et Fr.N...Conversus, juxta statum suum laboret, obediatur, et religiosius quam antea conversetur, sin minus, Prior, restrictione victualium, et si opus est, etiam carceris reclusione, ad id eum impellat. (In Domo Ligeti - Pr. Franciae).

5°: CONVERSI: Receptio:

1201.- 1294: Exhortamur Piores ut in receptione Conversorum sint pervigiles et intenti, et in receptione ipsorum non teneantur sequi consilium Conversorum.

1202.- 1487: Et mittat Prior Domus in Gemnico Conversum aliquem probatum qui instituere et instruere possit novitios in Domo in Snals. (Pr.Alemaniae Superioris).

6°: CONVERSI: Superbia:

1203:- 1464: Et quia propter nimiam auctoritatem datam Fr.N... Converso Domus prope Mantuam, ipse Conversus nimis exaltavit se, in tantum ut velit omnibus praesesse, omnia facere ad voluntatem suam, quod cedit ad turbationem aliorum; ideo volumus et ordinamus quod Prior auferat sibi illam auctoritatem ut dictus Conversus addiscat se humiliare et se habere simpliciter sicut unus aliis. (Pr.Lombardiae propinquioris).

1204.- 1583: Et Fr.N...Conversus non immisceat se negotiis saecularibus, nisi interrogatus a Priore vel officiariis, quibus declarabit viva voce quod opus fuerit. (In Domo de Pauhari - Pr.Castellae).

1205.- 1594: Et Fratres Conversi Domus Schenae sint contenti suo statu, quem professi sunt, et consiliis sui Prioris acquiescant, relicitis proprio sensu et novationibus quas meditantur. (Pr.Theutoniae).

II.CONVERSI [1205]

- 06.- 1614: Et Fr.N... Conversus pacifice vivat nec se immis-
ceat negotiis quae pertinent ad Procuratorem. (In Domo
Durbonis - Pr. Provinciae).
- 07.- 1760: In Provinciis Cathaloniae et Castellae: Declara-
mus cappas Conversorum fieri debere coloris castanei clari tam
interius quam exterius. Si qui autem tam perversi inveniren-
tur, ut tales cappas deferre renuerent, volumus ut ne foras
mittantur, neque exire permittantur; et ut qui in servitium
Monachorum recepti sunt, magis sint memores suae conditionis,
strictius servetur Ordinatio Capituli Generalis anni 1679.
(supra: n.1192).
- QUINA:
- 08.- 1276: Monachi non teneantur de caetero facere coquinam.
- 09.- 1405: Prohibetur Procuratori Domus Lanceae ut nullo modo
ministret in officio coquinae, alias sit novitus per men-
sem, et comedat pro qualibet vice duobus diebus Capituli ad
terram. (Pr. Gebennensis).
- 10.- 1491: Et provideat Prior Domus Prateae de Converso, Do-
nato, vel honesto seculari, nec aliquis de caetero Mona-
chus implicet se in officio coquinae aut dispensae, juxta
formam Statuti. (Pr. Franciae).
- QUINARIUS:
- 11.- 1432: Quoad querelam quod Procurator Domus Isenach habet
contra coquinarium, committitur Visitatoribus terminanda,
ut eum quem culpabilem invenerint, ab officio absolvant, vel
utrumque. (Pr. Alemaniae Inferioris).
- 12.- 1447: Et Visitator satisfaciat querelis Fr.N... coquina-
rii in Nuremberga, alias in futuro Capitulo providebitur
quod aliis cedet in exemplum; (Pr. Alemaniae Inferioris).
- 13.- 1500: Et Fr.N... Conversus amoveatur a coquina pro con-
solutione Conventus. (In Domo Verna - Pr. Provinciae).

II.CORRERIA [1214]

CORRERIA:

1214.- 1390: Acceptamus et confirmamus Ordinationem factam per Domum Cartusiae quod Domus Inferior mutetur in grangiam et personae Ordinis habitent in Monasterio, quia non decet, nec est laudabile, nec tutum pro animabus quod inter Domum Superiorum et Inferiorem sit villa ubi homines et mulieres, diversae conditionis, aetatis et sexus noscitur habitare, et ex nunc in ante, imponimus silentium Visitatoribus et aliis personis Ordinis super hac materia. (In Domo Vallis Omnium Sanctorum - Pr. Alemaniae Superioris).

1215.- 1679: In Domibus Inferioribus quae nunc in Ordine sunt rarae, vel praescripta a Statutis serventur ad litteram, vel Domus istae aboleantur, ne vitae laxioris veluti officinae existant, convertenturque in simplices grangias.

CUCULLA: (Vide etiam: 125)

1216.- 1305: Ordinamus et volumus quod Prior Durbonis amoveri faciat de cuculla Domini Martini punctum Sancti Benedicti quod est vittam quae claudit partes cucullae, sicut consuetum est ab apostatis amoveri....(Pr. Provinciae).

CURIA ROMANA:

1217.- 1506: Et Prior Verna intra mensem revocet Procuratorem suum in Curia Romana existentem, et quia misit eum ad Curiam Romanam sine licentia Ordinis, si extra sedem suam in ecclesia usque ad Festum Omnium Sanctorum. (Pr. Provinciae).

CURIOSITATES:

1°: Circa animalia.

2°: Circa res.

3°: Circa studia curiosa.

1°: CURIOSITATES: Circa animalia:

1218.- 1396: Ordinamus quod nulli Monacho Domus Vallis Jocosae liceat infra septa Monasterii exercere aliquam piscaturam, et ordinamus quod Prior dictae Domus, propter suas murmura-

II.CURIOSITATES [1218]

[1219] CURIOSITATES

tiones importunas quas de victu miserabiliter fecit, postulans propter pisces, discat se conformare cum vita Ordinis et non provideat sibi nec de lacticiniis praeter dies quibus non licet uti lacticiniis....(Pr. Alemaniae Superioris).

1219.- 1502: Priorem Domus Montis Hilaris monemus ut sit magis cautus in suo regimine et auferat ac expellat cuniculos de claustrorum et Monachi qui amodo comedent extra claustrum cum saecularibus vel extra cellam in spatiamentis sint in disciplina generali ad Ordinis voluntatem. (Pr. Cathaloniae).

1220.- 1566: In Provincia Theutoniae: Et quia adhortationes, correctiones et Ordinationes super reformatione dictae Provinciae Theutoniae per Reverendum Patrem nostrum factae parum aut nihil hactenus fuerint observatae vel debitae executioni demandatae; imo in deteriorius et non sine scandalo, nonnulli canes et cuniculos, aves, gallinas, columbas et alias vanitates in suis cellis intrare et vane servare praesumunt, precipimus et serio mandamus ut citissime talia et similia auferant caeteraque per Reverendum Patrem nostrum ordinata diligentius observent, si Dei et Ordinis volunt effugere ultionem, conscientiam Visitatorum super hoc onerando.

1221.- 1580: Et Religiosi Domus Sancti Audomari auferant alvearia apum ab hortis suis, nec a caetero praesumant retinere, ne propter hujusmodi apes distrahanter ab Ecclesia et Divino Officio. (Pr. Picardiae).

2°: CURIOSITATES: Circa res:

1222.- 1261: Tapetia universa et quarelli picturati vel curiosi de cellis amoveantur.

1223.- 1335: Inhibitionem factam alias de schyphis argenteis a Prioribus non portandis, de godetis et cochlearibus argenteis similiter volumus observari.

1224.- 1464: Et Prior Domus Sancti Michaelis in Hull amplius non sigillat litteras suas cum cera rubea. (Pr. Angliae).

1225.- 1473: Et de vasis argenteis et cochlearibus servent Statuta tuta et ordinationem Visitatorum. (In Domo Bellae Vallis prope Notingham - Pr. Angliae).

1226.- 1496: Cum Capitulum Generale per Statutum prohibeat equitaturas pretiosas Prioribus et aliis personis Ordinis, intellectimusque nonnullos Piores et Procuratores Provinciae

[1226] CURIOSITATES

II. CURIOSITATES [1227] 181

Alemaniae Inferioris cum curribus et corrigiis dependentibus ad modum magnorum equitare, necnon pantofolas sine calceis portare, contra formam et honestatem Ordinis, idcirco monemus praefatos Piores et Procuratores ut a talibus curiosis se emendent, si Dei et Ordinis voluerint effugere) ultionem.

1227.- 1583: Prior Domus in Pletriach a celebrandis festivitatibus pompose et portis triumphalibus aedificandis, nec non machinis bellicis explodendis abstineat. (Pr. Alem. Sup.)

1228.- 1585: Admonemus in Domino Priorem Domus in Seitz ut absente de caetero a vestibus curiosis ac conviviis pompis faciendis, et quam cito fieri poterit, solvat debita per ipsum contracta. (Pr. Alemaniae Superioris).

1229.- 1749: Pro Domo Padulae: Tollatur quantocius et sine mora cathedra illa sacerdotalis argentea, et pulpitum pariter argenteum ad legendum Evangelium, quae jam posita dicuntur maximis impensis, in sanctuario Ecclesiae hujusce Domus, quaeque magis fastum et sumptuositatem sapiunt quam pietatem et devotionem; illorumque valor sive pretium detur Domui Capri, juxta aestimationem Patris Visitatoris, ut in illa Dei cultus augeatur et nimia penuria, qua laborat, arceatur. Ut autem casset tandem praefata Domus Padulae mirabilia et pretiosa excogitare ornamenta, prohibemus absolute, ne ulla omnino fiant imposterum sine speciali licentia Capituli Generalis vel Reverendi Patris, sub poena absolutionis Priorum, qui talia tentare praesumpserint. Monemus etiam Visitatores ut super hoc diligenter invigilent et moneant Reverendum Patrem. Quod etiam volumus intelligi de aliis ejusdem (Provinciae ?) Domibus, quae si superfluos redditus habeant, in largas eleemosynas effundant, juxta mentem et decreta Ordinis. (Pr. Sancti Brunonis).

3º: CURIOSITATES: Circa studia curiosa:

1230.- 1437: Interdicimus D.N... omnes libros juris penitus, ne occasione ipsorum seipsum et Provinciam suam, sicut hactenus fecit, valeat perturbare, et Capitulum Generale infructuose occupare, sed amodo studeat cum Hieronymo non Doctoris sed plangentis habere officium quo vel se vel mundum lugeat et Domini pavidus praestoletur adventum; alias, si, quod absit, in pristinas perturbationes relapsus fuerit, per Priorem suum carceri mancipetur ad Ordinis voluntatem. (In Domo Trevirensi - Pr. Rheni).

II. CURIOSITATES [1230]

231] CURIOSITATES

31.- 1462: Priori Domus Bassaevillae fit mia. Et Prior absolu-
latus revertatur ad Domum Vallis Viridis suae professionis,
cui districte injungimus sub poena carceris ne amodo curet
vel se intromittat de pronosticis astronomiae fallacibus.
(Pr. Franciae).

32.- 1489: Et de scriptis D.N... de Antichristo, committimus
Visitatoribus Provinciae ut diligenter inquirant et cul-
pabilem inventum acriter puniant et sub poena perpetui car-
ceris eum ab hujusmodi in reliquum prohibeant quia plures
per sua phantastica scripta scandalizavit. (In Domo Rure-
mundae - Pr.Rheni).

33.- 1490: Et D.N... in disciplina carceris detineatur donec
super erroribus suis de Antichristo sufficiens revocatio
atque effectualis desuper emendatio per Visitatores appro-
batae habeantur. (In Domo Ruremundae - Pr.Rheni).

VOTIO:

34.- 1335: Novam Constitutionem de Monachis semel singulis
septimanis communicandis per Sedem Apostolicam specialiter
editam, causa devotionis extendi volumus ad nostros, cum nos
prae caeteris Religiosis devotioni debemus intendere.

FFAMATIO:

- 1º: Diffamatio Ordinis.
- 2º: Diffamatio Prioris.

1º: DIFFAMATIO Ordinis:

35.- 1461: Et si D.N... non cessat a fluxu linguae quem impru-
denter patitur, personas Ordinis et per consequens Ordinem
verbis et litteris diffamando, et eisdem crudeliter detrahen-
do, sit securus quod taliter punietur quod cedet omnibus ad
exemplum. (In Domo Bonipassus - Pr.Provinciae).

36.- 1474: Et quia D.N... non solum Domum suam et fratres ejus-
dem verum totam Provinciam et Ordinem diffamare malitiose
testimonio propriae scripturae et manus suae repertus est,
inabilitamus eum perpetue et ineptum decernimus et habent
volumus ad omnes obedientias Ordinis. (In Domo prope Ant-
werpian - Pr.Picardiae remotioris).

236] DIFFAMATIO

II.DIFFAMATIO [1237]

1237.- 1483: Et prohibemus D.N...sub poena criminorum ne Domum suam in jus extra Ordinem trahi faciat, et quoniam jama talia attentavit, diffamando etiam Ordinem in scriptis suis, maneat inclusus in cella usque ad Visitationem. (In Domo Erfordiae - Pr.Alemaniae Inferioris).

1238.- 1489: Et D.N...qui Dei timore postposito, suis ineptis scriptis tam temere quam mendaciter praesumpsit non solum reprehendere sed etiam mordaciter sine omni reverentia lace rare Capitulum Generale, dicendo quod dictum Capitulum decipit suos Novitios legendo eis Statuta tanquam legem, et post professionem, cum tenentur ligati, cogit eos ad Ordinationes dictis Statutis contrarias, quod utique falsum est, ut omnis deinceps iniquitas oppilet os suum, et discat aliquando reticere qui nunquam didicit bene loqui, sit ipse in disciplina generali....(In Domo Capellae - Pr.Theutoniae):

1239.- 1680: In Provinciis Cathaloniae et Castellae: Quia sub praetextu Reclamationum quae sunt intra quinquennium concessae a Sacro Concilio Tridentino, aliqui Monachi componunt libellos diffamatorios contra Ordinem, praelatos aut personas ejusdem, statuimus et ordinamus ut omnes personae Ordinis, quae voluerint uti beneficio reclamationis, ita se conforment omnibus quae sunt in Sacro Concilio Tridentino praescriptis, ut, si defecerunt in probatione, incarcarentur ad Ordinis voluntatem, si autem rationes injuriosas Ordinis Praelatis aut personis ejusdem induxerint, ad propositum suum stabiendum auto tuendum, poenis dispositis in n.56, Cap.XXII, Iae Partis subjaceant sine ulla restrictione.

2º: DIFFAMATIO Prioris:

1240.- 1443: Et D.N...in Domo de Seitz hospes gravissimis crimibus pluries respersus, aliosque honestos Patres et Fratres, verbis, scriptis et factis affligere ac diffamare non cessans et velut inveteratus dierum malorum totus incorrigibilis et Ordini ingratus, sine spe alicujus emendationis perseverans, in dicta Domo carceri mancipetur ad Ordinis voluntatem. (Pr.Alemaniae Superioris).

1241.- 1463: Et quia D.N...et D.N...scripserunt falsas litteras contra Priorem Domus Partis Dei ipsum inculpando apud Reverendum Patrem ob quam causam oportuit Visitatorem Provinciae accedere ad dictam Domum ad se informandum de rei veritate, non sine laboribus et expensis, qui Visitator omnia quae fuerant scripta contra Priorem repererit esse falsa, ideo ad exemplum aliorum sint in disciplina generali....

II.DIFFAMATIO [1241]

[1242] DIFFAMATIO

et caveant ne unquam talia audeant attentare ne graviorem
Ordinis discipliham habeant sustinere; (Pr. Gebennensis).

1242.- 1464: Et D.N... Vicarius, et D.N... et D.N... qui falso in-
culpaverunt Priorem suum nec probare poterunt ea quae con-
tra ipsum deposuerunt, &c....(In Domo Verna - Pr. Provinciae)

1243.- 1487: Et quia D.N... contra prohibitionem Capituli Gene-
ralis non cessat molestare praedictum Capitulum et Reve-
rendum Patrem scriptis suis quae, facta diligent examina-
tione, inveniuntur pro majori parte mendosa, insuper Prio-
rem et fratres Domus suae Professionis non cessat diffamare,
nec quisquam pacifice secum vivere potest, ideo pro pace sua
et aliorum et sua inobedientia, carceri mancipetur. (In Do-
mo Vallis Sancti Petri - Pr. Picardiae).

1244.- 1491: Et quia D.N... con cessat alloqui contra Patrem
suum Friorem qui eum recepit ad Ordinem, cum ei fuerit
prohibitum, fueritque incarceratus et misericorditer rela-
xatus, ideo quotiescumque recidivaverit, pro prima vice man-
ducet ad terram, et in secunda carceri mancipetur. (In Domo
prope Januam - Pr. Lombardiae propinquioris).

1245.- 1496: Et ea quae D.N... scribit contra Priorem suum, con-
fisi de circumspectione et conscientiis Visitatorum, non
credimus, veritate subnixa, et hortamur eumdem ut saltem
nunc in senio suo, dirigat pedes suos in viam pacis, prae-
parando se ad mortem quam de proximo expectat. (In Domo We-
saliae - Pr. Rheni).

1246.- 1562: Et D.N... ob venenatam linguam qua in dies non ces-
sat lacerare famam honestorum hominum, maxime sui Praelati,
sit privatus voce sua in Conventu ubique et careat colloquio
quousque Prior ipsius cognoscat emendationem, ne pestifera
sua lingua alios amodo infestat aut corruptat et mandamus
Priori Domus ut, si prius suis monitis acquiescere noluerit,
ac obedire contempserit, carceri mancipetur. (In Domo Ganda-
vi - Pr. Theutoniae).

1247.- 1567: Et D.N... compescat linguam suam malam loquendo con-
tra Superiorum suos et alias personas Ordinis, alias Ordo
providebit ad suum et aliorum exemplum: (In Domo Ferrariae -
Pr. Tusciae).

1248.- 1569: Et D.N... suam maledicam linguam refraenet, alio-
quin Ordo providebit. (In Domo SS. Stephani et Brunonis -
Pr. Lombardiae remotioris).

[1248] DIFFAMATIO

II.DIFFAMATIO [1249]

1249.- 1614: Et D.N...discat quietius vivere et linguam a de-
tractionibus cohibere. (In Domo S.Audomari - Pr.Picardiae)

1250;- 1637: Et D.N...se stabiliat, paupertatique studeat, si-
mulque linguam refraenare a calumniis maxime in Superio-
res discat sub poena carceris. (In Domo in Walditz - Pr.Ale-
maniae Superioris).

1251.- 1680: Et D.N...in Domo Bononiae cesset aliquando a suis
falsis praetensionibus et calumniis et eat ad Domum Fer-
rariae et ad formam Statutorum. (Pr.Tusciae).

1252.- 1713: Et D.N...caveat ne amplius in litteris quas dat ad
Patrem Visitatorem, inserat tales insolentes suspiciones,
injurias et calumnias, alioquin gravius veniet per Capitulum
Generale puniendus. (In Domo Novae Cellae in Grunaw - Pr.Ale-
maniae Inferioris).

DONATI: (Vide etiam: 139-145)

1253.- 1222: Donati in Capitulo sedeant juxta Conversos. Non
recipiantur de caetero sub spe in Conversos recipiendi...
nec promoveantur in aliquibus Domibus nisi de licentia Ca-
pituli Generalis. Quando de Donato fit Conversus, per annum
probetur. Sub probatione sex mensium recipientur, et tunc,
non ante, promittant ea quae de consuetudine nostra sunt ab
ipsis promittenda...Non recipientur milites vel domicelli,
vel clientes, sed tales qui sciant et possint et velint la-
borare....

1254.- 1260: Donati pro noviter defuncto in Domo sua dicant
triginta Pater Noster, et pro Anniversariis omni hebdo-
mada decem Pater Noster, etc.....

1255.- 1341: Ordinamus quod de caetero non recipiantur Donati
nisi sub his conditionibus quae sequuntur, videlicet quod
promittant obedientiam et castitatem et nihil proprium se
habere et correptioni Ordinis totaliter subjacere, et de
his quae habuerint, Priori et Procuratori reddere rationem,
quando super hoc fuerint requisiti.

1256.- 1346: Monemus omnes Priores, Vicarios et Priorissas Or-
dinis quatenus Donatos tam in vestibus quam in calceamen-
tis et caeteris omnibus quae ad honestatem Ordinis facere
videntur, cogant modis omnibus quibus poterunt de caetero

II.DONATI [1256]

257] DONATI

conversari, prout Statutum super hoc nuper factum velle no-
runt. Alioquin Visitatores graviter puniant quos in hoc in-
venerint negligentes.

257.- 1378: Ordinamus et volumus quod Donati Ordinis portent
extra Domos sicut et intra, caputia Ordinis, alias si per
curiam secularem compellerentur et persequerentur ac cape-
rentur pro aliqua offensa, Prioress et aliae personae Ordinis
non teneantur eos petere vel facere revocari a curia seculari.

258.- 1395: Quia quidam Donati contra formam Statutorum, ac
si omnino essent seculares, cum indumentis in honestis et
brevibus non erubescunt incedere, ideo districte injungimus
omnibus et singulis Prioribus sive Rectoribus ut dictos Do-
natos in vestitu et aliis compellant servare Statutum, alias
ipsos graviter puniant. Quod si in sua pertinacia permane-
rint, graviter per Visitatores puniantur.

259.- 1406: Quoniam experientia docente didicimus per proprie-
tatem hactenus Donatis Ordinis nostri permisam, et peri-
culum animarum ipsorum, et dispendium Domibus Ordinis infer-
ri, quoniam ex ipsa proprietate contractus illicitos faciunt
et damnatos, usurarumque voraginem sapientes faciunt et com-
mittunt pro quibus patrandis, diebus inhiando distrahuntur
in damnum Domorum suarum quibus in propriis vacando subtra-
hunt servitia et propria debita etiam diebus operi debitum,
quarum bona etiam furtive modis exquisitis sibi appropriant
et sic impinguantur et dilatantur plurimum ut de inhones-
tioribus taceamus, tabernas frequentant, insuper inobedien-
tes et rebelles suis Praesidentibus existunt; quibus non
obviare est eis in praedictis favere et cum eis errare. Id-
circo periculis animarum et indemnitatibus Domorum cupian-
tes occurtere duximus ordinandum ut Donati qui pro nunc
sunt omnia et singula quae habent suis Praesidentibus reve-
lent integraliter et remittant sub poena amissionis eorum
quae non revelaverint et expulsionis ab Ordine. Cum vero im-
posterum recipientur nullatenus admittantur nisi proprietati
abrenuntient ut dicti Ordinis nostri Conversi, alias eorum
receptio nullius sit momenti, quibus tam receptis quam reci-
piendis volumus per Domos provideri in virtualibus et vesti-
mentis tam laneis quam lineis secundum exigentiam sui sta-
tus et pro viribus Domorum, quorum vestimenta sint de panno
albo vel griseo servata ab omni superfluitate ac curiosita-
te seculari. Et qui contra fecerint tam ministrantes quam
ipsa vestimenta portantes per Visitatores gravius puniantur.

260.- 1432: Ordinamus quod amodo Donati non recipiantur cum

260] DONATI

II.DONATI [1261]

proprio aut tenendo proprium, sed vivant in communione et ob
Friores et alii Praesidentes eisdem Donatis in vicu et vestibus
vestitu sufficienter provideant.

1261.- 1442: Et concedimus Priori Domus prope Londonias licen-
tiam recipiendi Donatum si tantum quod sine proprio vivat,
quodque quadragesimum annum non excedat, et ad labores ido-
neus recipiatur. (Pr. Angliae).

1262.- 1460: Ordinamus quod consuetudines Domorum et Provincia-
rum circa vestitum Donatorum sine alteratione ulla conser-
ventur, et si quis contrarium impetraverit, revocamus.

1263.- 1461: Et quia N... Donatus non emendavit se de suis excess-
ibus prout promisit, sed pejus fecit quam ante, ideo Dona-
tionem suam infringimus et a dicta Domo in totum expellimus.
(In Domo prope Mantuam - Pr. Lombardiae propinquioris).

1264.- 1474: Et inhibemus Donatis Domus Trisulti ne terminos Do-
mus exeat, sicut consueverunt, absque licentia Prioris sub
poena carceris. Et amodo non recipientur sine expressa licen-
tia Prioris Cartusiae vel Capituli Generalis, attento quod
Domus gravatur talibus personis. (Pr. Lombardiae remotioris).

1265.- 1476: Et volumus ut Visitatores Provinciae Picardiae sint
solliciti circa habitum Donatorum ut ordinate incedant modo
Ordinis.

1266.- 1480: Monemus omnes Piores et Rectores Domorum Ordinis
ac Monialium Vicarios ut in receptione Donatorum servent
contenta in Statutis, nec aliter sub alia forma eos recipient;
et si quid hactenus in contrarium factum fuerit, irritamus ac
penitus nullamus.

1267.- 1484: Declaramus quod Donati nostri Ordinis, viventes si-
ne proprio et in obedientia Ordinis, sunt de gremio Ordinis
et capaces ad gaudendum libertatibus Ordinis et ad promeren-
dum Indulgentias Papales sicut aliae personae ejusdem Ordinis.

1268.- 1504: Inhibemus omnibus Donatis Ordinis ne de caetero
vestes bigarratas, dispertitas seu discoloratas deferant,
eisque praecipimus ut capillos seu comam tondeant ita ut pa-
tentibus auribus incedant, quod si secus fecerint, ab Ordine
expellantur, mandantes Visitatoribus et Prioribus ut faciant
hanc Ordinationem observari.

1269.- 1515: Ordinationem per Visitatores Provinciae Picardiae

de observanda uniformitate vestimentorum pro Donatis ejusdem Provinciae factam approbamus et observari volumus.

1270.- 1522: Declaramus quod Donati seu Praebendarii viventes cum proprio aut uxorati non gaudent privilegiis nostri Ordinis, nec eis possunt ministrari sacramenta ecclesiastica sine licentia sui parochiani.

1271.- 1522: Licet multa diversis Statutorum nostrorum locis habantur super recipiendi ac vivendi forma Donatorum nostri Ordinis, hactenus tamen a multis sunt minus observata. Ideo, ad Dei et nostraes Religionis honorem, Statutorum vigorem atque ipsorum Donatorum salutem, ordinamus et stricte observari volumus ut Donati jam recepti, sive in posterum recipiendi, ut Statuta volunt, sine proprio vivant et de necessariis eis provideatur. Quae autem de obedientia, fidelitate, continencia atque aliis quibusdam articulis prout in Statutis habentur, sub poena carceris vel expulsionis ipsi Donati observent et Praesidentes eorum observari faciant. Quin etiam, Praesidentes super eorumdem Donatorum statu in Statutis expresso de caetero non dispensent, aut litteras seu instrumenta contra formam Ordinis faciant aut fieri permittant, ne Capitulum Generale aut Reverendus Pater Cartusiae tales praesumptores acriter corrigere, aut eorum dispensationes factas, tanquam impertinentes, temerarias et animarum saluti contrarias penitus rescindere et annullare debeat. Quae enim contra Statuta fiunt merito pro infectis haberi debent, cum nemo plus juris in alium transferri possit quam sibi competere cognoscitur. Verum quia et ipsi Donati, Privilegiis, Indulgentiis et libertatibus Ordinis gaudent, ideo infra duos menses, post acceptam hanc nostri Capituli Generalis Chartam, si nullum jam portant religiosum habitum, in assumendo Donatis Cartusias se conforment. Si vero aliqui ad talem habitum assumendum, malevoli, inobedientes sive rebelles suis Praelatis fuerint, ad qualescumque obedientias Ordinis jam habitas vel habendas inhabiles et privandos declaramus, nihilominus agriculturae aut aliis Domorum suarum laboribus manualibus mancipentur, atque a caeterorum obedientium Donatorum convictu separantur donec resipiscant. (Post hanc magnam Ordinationem, his annis, plures Donati expulsi sunt ab Ordine, videlicet illi qui non volunt esse religiosi ad formam hujus Ordinationis.)

1272.- 1524: Ordinamus quod Donati Provinciae Picardiae conforment se in vestibus Donatis Domus Cartusiae.

1273.- 1529: Et N... Donatus conformet se secundum statum vocationis suae, et Priori suo in omnibus obediatur, alioquin ab Ordine expelletur. (In Domo Partis Dei - Pr. Gebennensis).

II.DONATI [1274]

- 1274.- 1531: In jungimus Visitatoribus Provinciae Picardiae ut
circa statum et conversationem Donatorum invigilent, eis
ad ea ad quae tenentur secundum nostri Ordinis Statuta co-
gentes ac rebelles ac inobedientes et aliter male conver-
santes insequendo ejusdem nostri Ordinis instituta ab Or-
dine non omittant expellere.
- 1275.- 1543: In jungimus Domorum Praesidentibus, ut omni dili-
gentia, meliori modo quo poterunt, adhortentur et inducant
Donatos Domorum suarum ad Religiosi sui status observantiam
et potissimum ut se, singulis primis Dominicis diebus cujus-
libet mensis, praemissa humili omnium peccatorum suorum con-
fessione et aliis devotis exercitiis prasparent ad sacram
communionem cum Fratribus Conversis recipiendam, quemadmodum
in Domo Cartusiae et plerisque aliis Domibus Ordinis reli-
giose observatur.
- 1276.- 1549: Ordinamus in Provincia Rheni ut Conversi et Donati
in vestimentis, in birretis et tonsura capillorum se con-
forment Ordini, et super hoc Visitatores invigilent.
- 1277.- 1553: Et N... Donatus Domus Nannatarum pacifice et reli-
giose conversetur et operetur manibus iuxta statum voca-
tionis sua, sub poena expulsionis ab Ordine. (In Domo Ro-
sae prope Rothomagum - Pr. Franciae).
- 1278.- 1569: Visitatores Provinciae Theutoniae provideant et
curent ut Donati se in habitu conforment Statutis sub
poena expulsionis ab Ordine, et comam non nutrient, sed sic
crines ipsorum tondeantur ut aures patentes appareant, et
super hoc Visitatores invigilent et Ordinationem Chartae
Capituli Generalis 1522 observari faciant.
- 1279.- 1571: Et quia hactenus Donati videntur fuisse valde ne-
gligentes salutis animarum suarum, et in sequendo Divino
Officio valde segnes et quodammodo valde salutis immemores,
volumus et ordinamus quod Donati qui manent in Domibus Ordini-
nis sequantur Nocturnum diurnumque sicut Conversi diebus
festis. Illi vero qui non longe a Domibus Ordinis manent,
quantum fieri poterit, diebus festis saltem, dirno inter-
sint Officio et illud devote audiant. Propterea tamen, ni-
hil detrahere aut derogare intendimus consuetudini laudabi-
li aliquarum Domorum quae saltem de nocte sequuntur Divi-
num Officium diebus ferialibus.
- 1280.- 1572: Pro tribus Provinciis Italiae: Habito prius dili-
genti et saepe repetito tractatu in Capitulo Generali per

II.DONATI [1280]

Reverendum Patrem et caeteros Diffinitores ejusdem et etiam communicato negotio cum quibusdam Patribus dicti Capituli ex primoribus, declaramus....eos vero qui recepti sunt sub conditionibus Donatorum, quae conditiones scilicet non sunt vota nec profesiones regulares, sed pacta et contractus humani et simplices obligations civiles, dum videlicet ille qui recipitur promittit juxta Statuta quod erit Domui et Ordini obediens verus et fidelis, damnum Domus aut vituperium non celans sed revelans et caetera quae tenentur ex Statuto, declaramus istos non esse Redditos sed vere Donatos et tempore congruo carnes extra clausuram et Domos Ordinis edere et camisias lineas impune portare posse, sed habitum quem hactenus in Italia portaverunt, similem videlicet habitu commissorum illis debere auferri et illum tradi qui hodie servatur in Cartusia Majori, ut discernantur a Conversis et Redditis, et ne scandalo sint cum seculares illos viderint comedere carnes. Porro Novitios qui nec Professionem, nec simplex votum fecerunt, nec pacta et conditiones Donatorum promiserunt, qui siquidem intendunt fieri Conversi vel Redditi, declaramus eos abstine-re debere omnino a carnis et camisiis lineis. Si vero intendunt post suum Novitiatum sive probationem fieri Donati, declaramus istos carnes edere extra clausuras tamen et Domos Ordinis et camisias lineas portare impune posse. Iстis ergo sic declaratis et expositis,....illi Donati qui modo portant eundem habitum quem antea portabant commissi, cogantur omnino aut illum deponere, ut sine scandalo carnes comedere possint, aut si hoc nolunt, transeant ad ordinem Redditorum vel Conversorum et sic probentur per annum cum caputio, et anno transacto, si receptibiles fuerint, profiteantur; quod si nec transire ad Redditos vel Conversos volunt, nec habitum illum deponere, expellantur, nec amplius recipientur in Ordine. Portabunt autem, ut dictum est supra, eum habitum in posterum quem hodie portant Donati in Cartusia Majori....

1281.- 1577: Priori et Conventui Domus Moguntiae impertitur licentia recipiendi Donatos ad formam Statuti et ordinatorum Chartae Capituli Generalis ut bene probentur et in Monasterio deferant habitum Ordinis et observent quae sunt sui status. Cum autem mittentur extra Monasterium pro discretione Prioris poterunt deferre habitum secularem si urgeat vel expediatur; (Pr.Rheni).

1282.- 1583: Reverendo Patri non fit mia, etc...cui et officiis aliis injungimus ut aulam quae hactenus fugitivis deputabatur, praeparari faciant ad hospitium Donatorum, quos pro majori securitate et illorum salute volumus in ea manere, non extra septa Monasterii, et diebus festivis Matutinis et aliis Divinis Officiis interesse. Hospitium vero ipsorum as-

- signetur mulionibus, anē infestentur a famubis Domus.

1283.- 1601: Ordinamus ne in Provincia Rheni Donati emittant vota professionis, sed servetur circa eos Statutum.

1284.- 1644: Declaramus juxta Statutum Donatos non debere excepti ab Ordine sine licentia Capituli Generalis aut Reverendi Patris, eosque servare debere Festa Ordinis ad instar Conversorum.

1285.- 1654: In Domo de Paulari servetur usus aliarum Domorum Provinciae et ordinatio ultimae Visitationis hujus Domus verbo tenus facta de diverso vestium colore et modo inter Fratres Conversos et Donatos.....(Pr. Castellae).

1286.- 1679: Conversi et Donati, tum in Ecclesia, tum in Capitulo et Refectorio simul convenient et simul refectionem sumant, servato tantum hoc ordine ut antiquiores Donatorum locum habeant post ultimos Conversos ex utraque parte Ecclesiae, Capituli aut Refectorii. Si quis autem inter eos posthac voluerit primus esse, fiat omnium ultimus et servus, juxta Jesu Christi Salvatoris nostri sententiam, cuius executionem Priori committimus et commendamus.

1287.- 1714: Servetur n.4, Cap.XXII, IIIae P. St. in Nova Collectione (hodie invenitur in n.3, Cap.XVI, IIae P.). Nullus ad statum Donatorum admittatur, qui non ad minus per annum integrum in Domo probatus fuerit, sub poena expulsionis, quoniam per improvidam et indiscretam admissionem plura scandalia possunt evenire. Super quibus invigilant Visitatores in actu Visitationis. (Pr. Alemaniae Inferioris).

1288.- 1725: Et Fr.N...et N...Donati, justis de causis, nunquam admittantur ad statum Conversorum sine licentia Reverendi Patris et sint domi sine obedientiis. (In Domo Neapolis - Pr. Sancti Brunonis).

1289.- 1748: Servetur in tota Provincia Alemaniae Superioris caeterarum Provinciarum consuetudo, qua cavetur, ne quisquam ad habitum Novitii Donati admittatur, nisi prius annum integrum probatus fuerit in habitu saeculari.

1290.- 1771: Quaestio de Donatis ab Ordine dimissis et ad illum redire potentibus:

1°: Quaeritur utrum Donatus qui, post obtentam sui contractus rescissionem, deinde poenitentia ductus, rursus ad Ordinem admitti desiderat, teneatur iterum in probatione annum integrum remanere et novo contractu ligari?

[1291] DONATISSAE

2°, Posito quod novus conficiendus sit contractus, quaeritur an Prior possit eum per manus Notarii confidere

absque consensu Reverendi Patris?

Solutio PP. Diffinitorum (1771): a beza, almoisie et ceteris

Ad primum respondeatur quod talis ad Ordinem denuo ad-

-missus teneatur in probatione per integrum annum rema-

-tare et novo contractu ligari.

Ad secundum, omnino conveniens est, ut ante novum con-

tractum exquiratur consensus Reverendi Patris.

Ita censemus in Diffinitorio.

DONATISSAE:

1291.- 1561: In Domibus Monialium Gosnay (Pr. Picardiae) et Mo-
nialium de Brugis (Pr. Theutoniae): Praescipimus Priorissis
Domorum Monialium ut sollicitius invigilent ut Donatissae
strictius observent quaecumque in sui receptione, secundum
status sui exigentiam, se servaturas promiserunt, maxime cum
eodem quo et Moniales et Conversae gaudeant privilegio Ordi-
nis, si digne vocatione sua, prout status earum requirit,
conversentur, super quo etiam Visitatores et Vicarii earum
invigilent.

ELECTIO PRIORIS: (Vide etiam: 147-148)

1292.- 1498: Et quia significatum est nobis quod DDD.NNN... fue-
rint principales authores discordiae Domus Antwerpiae in
facto electionis novi Prioris, nisi amodo ab hujusmodi teme-
ritate cessaverint, sint in disciplina generali ad Ordinis
voluntatem. (Pr. Theutoniae).

1293.- 1579: Charta recepta, statim Monachi Domus Portae Coeli
procedant ad electionem canonice celebrandam secundum Or-
dinis nostri Statuta, caveantque pervertere vias Domini rec-
tas et obicem ponere Spiritui Sancto. (Pr. Cathaloniae).

ELEEMOSYNÆ:

1294.- 1358: Quia Prior Scalæ Dei nihil scripsit de eleemosyna
Capituli inter multa superflua quae scripsit et non fuerit
compassus realiter pauperi Domui de Permagnia, et habet ma-
gnam dotem et parvum gregem, mittat quindecim florenos dictae

[1294] ELEEMOSYNÆ